



NIC PARTHENL  
Giovanna si Soclesu  
PISCATORIA & NAUTICA

F. De Louuemont Fec.

Neapoli Tipis Regius an. MDCLXXXV

NICOLA I  
PARTHENII



GIANNETTASII NEAPOLIT.  
SOC. JESU.

PISCATORIA,

ET

NAVTICA.



EDITIO ALTERA.

Auctior, & Emendatior.



E. Solimene Inv.

E. De Louvemont sculp.



ILLUSTRISSIMO,  
ET EXCELLENTISSIMO DOM.



D. CAROLO  
DE CARDENAS  
FAMILIAE PRINCIPI,  
SACRI ROMANI IMPERII  
PRINCIPI MERITISSIMO

*Primo Laini, & Regni Neapol. Marchioni, Co-  
miti Acerrarum, Comiti Palatino, Alcay-  
do perpetuò urbis Plutia in Regno  
Sicilia, Militum gravis ar-  
matura Prefecto, &c.*

NIC. PARTHENIUS GIANNETTASIUS SOC.JESU-



Ntiquus ille, EXCELLENTIS-  
SIME PRINCEPS, mos fuit,  
qui & maximè viget nunc  
temporis, ut elaboratæ jam  
naves, priusquam in mare  
deducerentur, unius ex Numi-  
nibus, aut Heroibus conse-  
ctarentur : illius autem imago Numinis, cui  
navis solenni rite jam dedicata erat, in eborac-  
ca.

A . 2



exlata , vel in auro puppi præfigebatur . Hinc illæ aurato fulgentes Apolline , & Minerva , & Marte puppes conspiciebantur : ex quibus non decus modò , & ornatum , verùm etiam , & præsidium sibi , & tutamē promittiabant ; quippe quæ præsentes semper in dubiis , facilesque in preces Divos sperabant . sic & sub illorum tutela per infidum semper mare , per infidos semper ventos tutiūs navigare credebant . Hūc ego morem secutus ( ab illo enim ne latum quidem unguem recedere religio est ) antè quām navim hanc meam ex malè dolatis trūcis , nulla arte , nullo ingenio compactam in mare deducerem , tibi , **VIR IMMORTALITATE DIGNISSIME** , nuncupandam putavi , ut magnum ex te præsidium sortiretur , & decus : tuisque recta auspiciis ad æternitatis portum secura velificaret . Et sanè non aliam profectō metam sibi præscribere fas est , si te Auspice sese mari committat , ac ventis credat . Quæ & felicior illa , cui speciosum nomen Victoria fecit , quicquid Oceani terras ambit , alluitque , fortunata navigatione lustrabit ; perque geminos devecta Orbes , ad immortalitatis portum victrix perveniet . Et quidem ( nec me meus animus fallit ) jam mihi tantam prosperitatē licet ominari :

*Hoc duce , perpetuis sulcabis equora velis ,  
Felici intendent semper qua flamine Corsi .*

Et sanè quis hanc sibi ex tanto Principe felicitatem , ex tanto Heroe præsidium , & decus nō spondeat ? Summum profectō ex tua genere decus , summum ex tua virtute præsidium sibi nostra hæc navis pollicetur . Non enim tibi ex Nobili tantum stirpe , sed ex Equestri , sed ex Se-

natoria, sed ex Regia sanguis est . quippe qui à  
Gothis Hispaniarum Regibus divo Hermene-  
gildo, & Recaredo longa annorum serie in te  
transfusus est . Qui Sancti Reges, quoniam ab  
Arianis hereticis Lupi vocabantur , hinc Lu-  
pos in stemmate Majores tui pro gentilitiis in-  
signibus assumpsere .

Quibus vero regius ille sanguis trabeatus  
fascibus , laureatus victoriis , & per quos, quā-  
tosque Heroes in te transmissus sit, mitto dice-  
re ; nam & luce se produnt sua, commendantur  
& fama: quin & me dies deficeret si singula per-  
censerem . unum autem , aut alterum omittere  
non possum . Celeberrimus ille est , cuius no-  
men , vel occuluit in vidia , vel melioribus fa-  
stis ascripsit æternitas, qui innumeris victoriis,  
ac palmis è barbaris sua virtute , summa sibi  
gloria partis, illam nobilissimam imposuit co-  
ronidem, quæ quidem omnibus seculorum lau-  
dibus, omni posteritatis memoria digna est : cū  
enim inter inumeras propemadū barbarorum  
kopias, quæ confertissimus globus erat, & atro-  
cissimum sæviebat prælium, irrupisset, Manu-  
sam Maurorum Regem propria manu obtrun-  
cavit: quo cęso, deletus omnis barbarorum exer-  
citus est .

Nec minorem celebritatem Nominis com-  
paravit sibi ALPHONSUS DE CARDENAS, ad quem  
unum tunc temporis cum Lusitanis pugnantem,  
tanquam ad egregium Militiae præceptorem  
Isabella Castellę Regina Consalvum Aquilarium  
Cordubensem misit , ut sub tanto duce primas  
militiae rudimenta poneret: & posuit adeò e-  
gregiè , ut meritè uni ALPHONSO Consalvum

debeat Hispania: quin & ipse Consalvus ab  
hoc solertissimo Magistro exactæ militiæ do-  
cumenta, præceptaque, quibus postea suo co-  
gnomine Magnus evasit, accepisse fatebatur .  
quæ quidē ALPHONSI laus maxima est, ac sum-  
mum Imperatoriz virtutis, gloriæque verticē  
attingit.

Sed quibus laudibus prosequar eos CARDE-  
NIÆ Familiaæ Heroes , qui cum Alfonso Re-  
ge Aragonio in Italiam ad Palmas venere, &  
Titulos? Quibus ALPHONSUM FERDINANDI , &  
Anne Emanuelis è Regibüs Castellæ filium, &  
ALPHONSI Magni Magistri Ordinis Divi Iaco-  
bi, & GUTTIERIS Magni Legionis Commen-  
datoris consobrinum laudibus commendem ?  
qui Alphonso I. Regi per quam charus, & à Cō-  
filiis fuit, atq; ab eodem Magnus Camerarius,  
Plutiaæque urbis Alcaydus , mox & Cajetæ Pro-  
rex, & summaus Militiæ Præfectus renunciatus,  
eam Regni partem , quæ Latio finitima est, sū-  
ma belli, prudentiæque laude gubernavit. Qui-  
bus FERDINANDUM ejus filium Ferdinando Re-  
gi Catholico charissimum , Almeriæque Al-  
caydum ? qui posteris suis egregiæ Fortitudinis  
exempla reliquit, æternumque nomen exde-  
bellatis toties Mauris , ut meritò à Federico  
Rege Laini Marchionatu , atque Aceriarum  
Comitatu insignitus fuerit. Quibus FERDI-  
NANDUM ? qui ob præmium eximiæ fortitudi-  
nis à Carolo V. Austriaco Bononiæ, Neapoli ,  
& Tuneti inter Magnates adlectus est, quibus  
unis Regem alloqui operto capite, qui honor  
apud Hispanos summus haberetur , fas est. Qui-  
bus inquam laudibus sexcentos alias Heroes  
celebrem ? quibus meritò

mon.

. . . . . monumentum aere perennius  
Regalique situ Pyramidum altius  
fixit fama , sacrauit æternitas.

Hactenus hæc , quæ ad nostræ navis decus ,  
atque ornamentum plurimūm faciunt . Quæ  
verò ad præsidium : illæ sunt animi tui virtu-  
tes, quibus te totum imbuendum tradidisti . Et  
primò quidem amoeniori Musarum studio; hinc  
acriori diligentia Mathesi operam navasti , il-  
lud Poëtæ in animo fixum habens:

*Me uerò primūm dulces auctè omnia Muse,  
Quarum sacra fero, ingenti percussus amore ,  
Accipiant, cæliq; vias, & sydera monstrent.*

Quod porrò studium regium est , & rege dignū.  
quantum verò in hisce liberalibus disciplinis  
profeceris, novimus omnes , quotquot dexte-  
ritatem ingenii tui, felicitatemque sæpius de-  
mirati sumus . Novit nostra hæc Academia ,  
quæ te primūm literis erudiendum, mox plausi-  
bus summis exceptit eruditum.

His autem facultatibus egregias Animi do-  
tes sociasti, quæ te suprà reliquos evexere Can-  
didi Mores, ingenitæ nobilitatis Indoles pror-  
sus divina , Comitas ad omnium animos sibi  
semper officiis promerendos intenta , Munifi-  
centia penè regia, Fortitudo , animique Con-  
stantia , ac rectus perpetuò integerimæ vitæ  
Tenor , cui animi regiæ dotes sunt, quibus invi-  
diā superasti . Verùm singula enumerare o-  
mittere, ne offendam modestiam tuam, quæ cum  
maximè laudanda gerat, à laudatione maximè  
abhorret.

Quæ cùm ita sint, non frustrabitur votis no-  
stra hæc navis si, te Auspice , se ad æternitatis

portum sperat appulsuram : Etsi ut eleganter  
Anacreon,

Tείχος ἀγματος τὸ δια

Βλότος τείχη κυλιθείσ.

stabit tamen aeternum te duce fama . Pati arc  
igitur, EXCELENTESSIME PRINCEPS, tuam glo-  
riolam imaginem, tum immortale nomine no-  
stræ navi prefigi . Et quodcumque hoc munus,  
quod tibi lubentissime auctorupo, dicoqne, grati  
animi monumentum ne despicias . Vale, Nea-  
poli Kal. Aug. MCIOCLXXXVI.



LEO-

# AD LECTOREM.

**P**lurimam ultimis hisce seculis pollere navigandi artem, nemo est qui ambigat, quare si antiquorum navigationes cum nostris conferamus, non dubito, quin vagi- re infantem apud illos maritima rei peritiam, apud nos vero adultam jam, & ad plenam evallam etatem dixeris. Vixc autem sunt illi Oceanii veluti primam oram insularc: nos quantum Oceanii est, quod utrumque Orbem alluit, circuitq; na- vigavimus, novisque orbes, novas provincias, nova regna, insulas, promontoria, flumina, populosque alias detinimus, ne nihil iam in vastissimo terrarum Orbe noi lateos, nisi exigua dumtaxat particula, quam nobis una perpetua Borealis poli, Australisque caligines oculunt: hac tamen nec terrarum par- ticula censenda est, quam ne feris quidem ad habendum no- stra concessit.

Accedit, quod apud Antiquos ante nautica pyxidis inveni- tionem adeo tenuis erat maris peritia, cursusque regendi, ut vix sine periculo per vigintiquatuor horas longè à terris nau- gari potuisset, quod si consingeret, statim, ut ait Posta:

Errabant acti fatis maria omnia circùm.

Quippe qui ad indagandum meridiani sicum, & reliquar plati- gas, ad quas navigatio insinuenda erat, interdum Salis albu- dine, noctu vero Stellis Maioris Ursa Graci, & Rhodii, Mine- ris Phœnices, Sidonique utebantur, ut meminit Ovidius:

Magna, minorque ferè, quarum regit altera Graias,

Altera Sidonias, utraque sicca, rates.

Hac vero tempestate ope pyxidis, mapparumque Geographicarū, necnon & summa mathematica disciplina peritia, id præstutum est, ut non per Mediterraneanum modo, sed longè, latèque per Oceanum tutissima, ac brevissima sit nobis navigatio. Præsti- tere ad id operam suam quamplurimi eruditissimi auctores, qui no- va, exquisitaque methodo Rem Nauicam aggressi sunt non sine summa ingenii lante, & reipublica commode. Principiis

vero laudem nulli sunt Villebrocordas Snellius in suo Tiphys Barzao, Bartholomaeus Crescentius in Nautica Mediteranea, Morisotus in Orbe Maritimo, Dadlaus in Maris Arcano, Ricciolius in Hydrographia, & novissime Georgius Furnerius in eruditissimo Hydrographia volumine. At nullus, quod sciam, hactenus Rem Nauticam carmine complexus est; nam cum lapidem omnem evoluerem, ut si quis huic rei auctor aliquis esset, ad manus perveniret, nunquam vel unum natus sum. Id eis viderem subitus animum invasit calor, ut rem buensque incalitam arriperem: atque ille non parum me stimulus pupusgit, ne si non ab elegantia carminis, sed etiam ab argumento, reiq; novitate aliquam mihi eruditorum benevolentiam conciliaret. Verum ne operi manus admovearem obstabat in primis infirma valetudo, & maximè Hypochondriorum inflammatio, qua lues mirum quantum hoc seculo apud nos gravatur: obstabat prae terè severioris disciplina provincia, queque mihi plurima erat opera, vix tamen Musarum ardor, & reluctance ingenios valetudinique seu mensium curriculo tot inter tricas opus absolvi, corosidemque qualcumque imposui, cum jam in dies viendensis obfisionis oratione expollabatur: ac si divinasssem, id quod & futurum erat, & maximè praoptaveram, festivus cecidi; annuitque votis benigne semper Deus.

Sed adeo diminuta sunt vires, ut sequenti anno in gravem morbum incederim, ex quo tamen convalevi, perpolitoque nuncupque opere, ne longioris tempore studium in pessum valetudinem daret, opus penitus in lucem dedi, et si non bonam: eo tamen conflio, ut si eruditus placeret, iterum cultibus, aut insigne proferrem. Damnabis fortasse consilium praeferendum monente Horatio, opus quocumque in nonum annum premendum esse. Verum id prator valetudinis periculum, feci amicis hortantibus, quod opus festino calore absolutum bene noverant. Pratore sunt quamplurimi, quorum ingenii spellebant ad eos tenus est, ut principiis inventis, vix habeant, quod addant. Et si dimitus rem perpolite velint, surpissimè deformant. Sed tu tuncque so rōs habeat, panca sunt in quibus te monitum velim. Longiusculi videntur fortasse libri, quam par sit, sed uberior materies breviores non patiobatur. Primo tamen cuius contra erat seget, ut iustus fieret, varia inferenda fuere, qua fortasse ad rem minus viderentur. Nova nonnulla usurpavimus mutuato ex-

Gra-

Gracis vocabulo, atia ex barbaris perpolita non nihil vocis s-  
no; sed id necessarium erat; nam ut optimè Tullius: novis rebus  
neva nomina sunt imponenda. Præterea ne abstrusarum vo-  
cum crebra usurpatia in locis describendis nimimum lectorum  
fatigaret, apposimus in calce vernacularis appellations, qua-  
licet, ut plurimam Italica sint, tamen inflexo vocabulo pro na-  
tionis eiusque usu, ac genio eadem, & Hispana sient, & Gal-  
lica. At quia difficile, ac plenum alea opus regionum, loca-  
rumque partium, ac fluminum, urbiusque antiquas appellati-  
ones hodiernis vocibus apte, & sine errore reddere, cum ple-  
rumque ignorentur, & loca multa penitus interierint, veniam  
facile impetrabimus, si aliquando a recta appellatione aberrer-  
imus; nam et si diligentiam omnem impenderimus, probosq;  
auctores sequuti simus, tamen nunquam à recta sensu de-  
viaste sperare vix possumus in re tam difficulti.

Non tibi mihi videri debet, si sapit præceptis apposuerim  
etiam exempla, nam cum navigandi arti moralis quadam sit  
disciplina, congruum mihi usum est, si præcepta exemplis  
confirmarem; quandoquidem plus ponderis habent ad causas  
evitanda pericula, & nas alienis periculis longè melius erudi-  
munt, quam rationum vi, præceptarumque momentis.

Plurima, que ad navigationem spectant, & maribus magis  
sapient, prætermisimus, ciam nullus Cardini decorem allatu-  
ra esset: immo nec illa carminis elegancia potiebatus: neque illi,  
qui rem aliquam carmine tradendam suscepere, omnia comple-  
xi sunt. Omisit multa Virgilius: omisere alii, & quidem ex  
industria. Quod si aliquid, quod eleganter futurum esset,  
omisieris, facio id mei iuvitum latuisse.

Censebit fortasse aliquis me prater operis maiestatem in quin-  
to libro litoralem navigationem amplexum esse: sed facile ve-  
niamus impetrabis Campanus homo, quem decebat populares  
suos, qui illo præcipue navigationis genere utuntur, erudire:  
nec porrò suis placere potuisse, si litoralem cursum panisse  
omisisset.

Postremo & si sciatis esse nonnullos, qui inter Eclogas non  
censent piscatoria, tamen apud me plus valent. Attri nostri an-  
toritas, qui primus ea laude pescatores introduxit in Eclogis,  
ut possit Virgilium nemo sit, qui illi præponendus videatur. Pra-  
terea quid tristius quam pescatores maximè in Olympia nostra

*cantilenis, citharisque indulgere sapissime, non quidem dum pescantur; nam nec locus ille opportunitas est, nec tempus, sed cum vel feriati ad otium sedent, vel cum dies festos agunt: quin etiam dum secundis auris velificant, à carmine non abstinent.*

*Introducimus etiam pastores pescatoribus confabulantes, quod interdum accedit, principiū in litoralibus, ubi pauci pastores degunt. Panormus nosler, Puteoli, Baia, ac Cumæ agrestibus hominibus habitantur, qui saepe mutata persona, genioque pescatoriam exercent. Sed nolo te pluribus tenere. Vale.*

---

*Iterum imprimatur.*

**F. Verde Vicarius Capitularis.**

---

*Iterum imprimatur.*

**Carrillo Reg.**

---

**LEO-**





F. Solimene Inv.

F. De Louvemont sc.



# LEOPOLDO I.

CÆSARI, AUGUSTO,

PIO, FELICI, VICTORI,

E C L O G A I,

T I T Y R V S,

A R G U M E N T U M.

*Tityrus piscator, Lycida hortante, CÆSARI epinicum  
ob Viennam liberatam canit, per Tityrum poëtam, per Lyci-  
dam vero Josephum Medicæum Octaviani Principem  
quij primus Vittoria nuncium Vati attulit, intellige.*

LYCIDAS, TITYRUS PISCATORES,

LIC. **T**ityre, quid vitreas recubans Crateris ad undas  
Otia lento agis? tenui cur latus avena  
Non dulcem viridi Musam meditaris in acta?

TTT. Non equidem, Lycida, non hoc fert carmina tēpus;  
Improba Sors quando, & Scytha barbarus omnia versāt.

LYC. An quā Parthenopes audivi nuper in urbe,

Cūm domino ferrem Synodētas, Tityre, nescis?

TIT. Dic, age, quid, Lycida, Sirenis ab urbe reportas?

LYC. Tityre, lata tibi Sirenis ab urbe reporto.

Urbs secura metu: perrupit barbara castra.

Augustus CÆSAR LEOPOLDUS, & agmina mille

Threiicium fudit, gelidoque immersit in Istro.

TTT. Verane sunt, Lycida hæc, an dulcia somnia amantū?

LYC. Vera quidem; nam fama volans pernicibus alis

D. 37

Danubio ex alto Romam pervenit, & omnes  
 Italiae implevit lætis rumoribus urbes:  
 Et modò Parthenopen replevit, Tityte nostram.  
 Nonne vides, ut crebra sonum tormenta canorum  
 Dent passim, & tutis plaudant terroribus arces:  
 Nostraque festivis ardescat i Olympia flammis?  
**TIT.** O quantum exsilio, Lycida, dum talia narras:  
 Exsiliunt mihi læti oculi, lætum exsilit & cor.  
 Munere pro tali pulchra te murice concha  
 Donabo, Lycida, dono mihi quam dedit olim,  
 Cum canerem, Melisæus: quis non venit ab altis  
 Pulchrior. Est circum vario depicta colore:  
 Et mare depictum, & scopuli spectantur, & udum  
 Litus, & in tremulo fugientes gurgite cymbæ:  
 Naturæ ludentis opus, quam murice concham  
 Credo euidem pinxit manu, ingenioque magistro.  
 Nanque opus hoc casu minimè eventus putandum est.  
**LIL.** Accipio pulchram, quam das mihi, Tityre, cōcham.  
 Tu verò Augusto dignam, tantoque triumpho  
 Litoream tenui calamo meditare Camœnam.  
 Nanque acta in nostra jam te dixerit poëtam,  
 Et tibi jam nostræ gratantur & Olympides; & te  
 Velarunt musco Nymphæ, tumuloque propinquæ  
 Synceri applaudunt Manes, Manesque Maronis.  
**TIT.** Litoream Musam dicamus, & æqua cantu,  
 Litoraque scopulique, omnisque resultet Olympus.  
 Incipiam, tu, docte, modos percurre loquaces.

Currite, Tritones, per cœrula, currite concha,  
 Vicit, io! CÆSAR. Vos, ò maris aurea proles,  
 Nereides, formosa Theti, formosaque Dori,  
 Huc celeres imis à sedibus usque venite;  
 Et viridi fertum Victori texite myrto.  
**CÆSARIS** & viridi consuescant tempora myrto:  
 Nam vetus est laurus: nova sint insignia Regum.  
 Currite, Tritones, per cœrula, currite concha.  
 Vicit, io! CÆSAR: calcata superbia regis  
 Eoi, fractæque acies, fusque manipli,

Thra-

<sup>2</sup> Sic antiquis dicta est ora maritima inter Lucullanum, & Paufilypum, vulgo Chiaja Scip. Mazzella in descriptione Regni Neapolitanii <sup>3</sup> Musæ ab ora Olympia sic dictæ

## E C L O G A I.

Threicisque, Arabesque, sagittiferique Geloni,  
Victi omnes; versæque retrò fugere tyranno  
Mille acies, & mille virùm data millia letho.  
Centum pro tali nunc dicite digna triumpho  
Carmina, Pausilypique Deæ, pelagique puellæ.

Currite, Tritones, per cœrula, currite concha.  
Vicit, io! CÆSAR: Neptunia Numina, Glauri,  
Voce ciete sonum, & conchas inflate marinas.  
Ite sub Antipodas, celeri vos ite natatu,  
Ac geminos facti famam proferte sub axes:  
Audiat Hesperius, simul audiat Orbis Eous  
Augusti palmam, & Romæ gratetur ovanti.

Currite, Tritones, per cœrula, currite concha.  
Vicit, io! CÆSAR: per litora spargite muscum  
Najades, & circùm vitreos considite fontes:  
Pollice virgineo teneros hic carpite flores:  
Floribus & pictum, divæ, replete canistrum.  
At vos, ò Nymphæ Craterides, ite sub undas:  
Ite, recurvato variata corallia truncu  
Vellite muscosis è rupibus, & mihi conchas  
Ferte Deæ pelagi, & pingui conchyliæ succo.  
Hæc ego Victori LEOPOLDO munera mittam:  
Atque hæc cœruleis apponam carmina donis:  
Hæc pescatoris ne temnas munera, CÆSAR;  
Nanque his Neptunum donamus, & his quoq; Doris;  
Est & Neptunus Deus æquoris, & Dea Doris.

Currite, Tritones, per cœrula, currite concha.  
Vicit, io! CÆSAR: per marmora ludite cymbis,  
O juvenes, puppesque novis ornate corollis:  
Et niveos inter delphines ludite cursu.  
Tritonum interea vocali scrupula conchæ  
Antra sonent, scopulique, omnisque à vertice pontus.  
Et circùm socio responsent litora cantu.  
Omnia lætitiae concedant: omnia festis  
Vocibus applaudant Victori, & murmure læto  
Augusti nomen LEOPOLDI ad sydera tollant.

Currite, Tritones, per cœrula, currite concha.  
O mihi si cœlo exoptatus fulserit unquam  
Ille dies ( illum Superi concedite Divi )  
Quo te regali in puppi super æqua ræsum

An-

## E C L O G A I.

Antiquam imperii sedem lustrare sub Orram,  
 Atque per Eoi populos dare jura volentes  
 Aspicerem: tunc ipso tuas jam dicere laudes  
 Aggrederer, nomenque tuum, tua facta per Osborna,  
 Mœonio ferrem cantu, calamoque Sicanu.  
 Me super assurgens humiles procul ire jubebo.  
 Pausiliyi Musas, & litora: me sacra Pindi  
 Accipient nemora, & Parnassi dulcia Tempe.  
 Litoream interea, CÆSAR, ne despice Musam,  
 Quam tibi cœrulei cecinit Crateris ad oram  
 Tityrus, è patrio qui primus litore Musas  
 Per vitreas vexit velis majoribus undas,  
 Primus & audaces duxit per cœrulea nautas.  
 Tu vero pulsare, puer, fresa desine concha:  
 En cava solliciti veniunt ad litora nautæ:  
 Et i Megara turres jam longior oculit umbra.

## E C L O G A I I.

### P A R T H E N I S.

#### A R G U M E N T U M.

*Iolas piscator Virginem, humani generis delicias, unicæ  
 ad amabat: qua cum dulcè queritur, quod se ex oculis sub-  
 traxerit. Per Parthenidem, Virginem, per Ioram, religio-  
 sum virum intellige.*

**P**ARTHENIDEM puer ardebat piscator Iolas.  
 Delicias divum; atq; hominum, quam scepè solebat  
 Ad 2 Mergillinæ vitreos invisere fontes,  
 Sanctu ubi PARTHENIDIIS stat curvo in litore templū.  
 Hic cùm jam Zephyri ponebant murmura, & altum  
 Purpureus rediens pulsabat Vesper Olympum,  
 Hæc dulces inter lacrymas incondita solus

Flu-

---

Insula Lucullano objecta, quæ & castum Lucullanum appellata  
 est, Castel dell'ovo & Amoenissima ad Pausiliypum Villa in extremo  
 ora Olympiz Mergellina, olim Actii Synceri Sannazarii, ubi cele-  
 berrimum eius sepulchrum in templo ab ipso Virgini, & Diu Nata-  
 rio dedicato.

**Flu&tibus, & duris ja&tabat carmina saxis.**

JOL. Quid tantū refugis, bona Virgo? quid & mihi tāta  
Divinum avertis vultum, renuisque videri?  
Ah miser! ah nostros contemnit PARTHENIS ignes?  
Prætulerimne aliquam tibiforsan, Dia, veretis?  
At mihi vos, Superi, testes, si corde caducum,  
Aut undūam mortale aliquid meditatus: & ipse  
Sint mihi vel scopuli testes, sint litora, & undæ.  
Dicite vos, scopuli, vos litora dicite, & undæ,  
(Si sensus scopuli, si litora habetis, & undæ)  
PARTHENIDEM si semper ego pescator amavi:  
Nam voces vos sæpe meas audire soletis,  
Atque repercussas mea reddere verba per auras.  
Ah nostro quoties offensæ murmurante cañes.  
PARTHENIDEM sonuere: meos jam cārmine amores  
Edo&tæ rupes resonare, & concava saxa.  
Et vos, quæ nostro strondetis litore, quercus,  
Dicite (nam sensus, & habetis Nutrina quercus)  
Hæc vestro quoties incidi carmina trunco:  
Te, Virgo, pescator, amat, & amabit Iolas:  
Et veluti hæc quercus, crescent sic semper amores.  
An me tu forsan, Virgo, aspernaris amantem,  
Quod pauper pescator? erat pescator & ipse  
Nonne puer, formosa, tuus, quem sæpe beato  
Amplexum gremio tenuisti, & dulcia sæpe,  
Atque optata sacrī libasti basia labris?  
Ille nec erubuit calamos, non retia, & hamos,  
Nec parvam sociis agitare per æquora cymbam,  
Cùm Deus ipse, maris regnator, & ætheris alti,  
Qui nutu terras, nutu qui sydera rotquet.  
Fortis amor: nostrum quis vincere posset amorem?  
Ille Deum in terras, vel ab æthere traxit amantem;  
Atque malis hominum pariter confuscerē jussit.  
Et tu, Diva meos nunc aspernaberis ignes?  
An mihi dura, quia agresti munuscula cultæ  
Nulla tibi misi? misi tamen ipse rubentes  
Bissenas de more rosas tibi, Dia, quotannis:  
Et meminisse potes; nanque hoc cum carmine misi?  
Virgo, noster amor, tuus hæc tibi mittit Iolas.  
Quia etiam variis memini misisse corollam

Floribus intextam, & calathis quoque lilia plenis;  
 Candida (novi equidem) quia sunt tibi lilia cordi.  
 Sunt & plura mihi in testis: cras illa videbis  
 Ante aras, Regina, tuas emittere odorem,  
 Præterea, dura quæ vix de cauto revelli  
 Nuper oliviferæ piscofa ad faxa & Minervæ,  
 Bina mihi curvos variata corallia ramos:  
 Bis petiit Nisæa soror, bis & mihi furtim  
 Sublegere aggressa est: arca sed condita servo.  
 Illa tibi multo cum carmine mittet Iolas,  
 Natalem cum, Virgo, tuum lux annua reddet;  
 Sed pescatoris parva hæc an munera spernis,  
 O Divum Regina? tibi sed munera digna  
 Qui ferat? ipse suis vix dignum texit amictum  
 Sol radiis: vix Luna pedes tibi lambere digna est.  
 At, quia dulce sibi cor amantes mittier optane;  
 Cor tibi, quod tantum restabat, misimus ultrò.  
 Quicquid idest. certè Deus ipse hoc munere majus  
 Nec sperate potest, nec reddere possumus ipsi.  
 At tibi quod totum, virgo, jam misimus illud,  
 Scis equidem, certisque potes cognoscere signis,  
 Mane ego te primo, te Vespere, Diva, saluto:  
 Sepiùs atque die in medio tibi carmina dico:  
 Atque tuum quoties audire, & reddere nomen  
 Contingit, tunc ore fero prona oscula terræ  
 Cernuus, & coeli venerabile pignus adoro.  
 Nil tamen hæc prosum, dulcem si cernere vultum  
 Dura negas, tantumque meos contemnis amores.  
 At mihi te propria vetitum si cernere forma,  
 Appida in tabulis saltam simulaçra videbo.  
 Sic aliqua & nostro dabitur medicina dolori;  
 Est sua conspectu vel inani blanda voluptas.  
 Ah timeo (de te quoniam mihi credere tantum  
 Non equidem, bona Virgo, licet) ne peccore noſtre  
 Quid lateat, quod, Diva, tuos offendat ocellos.  
 Dic mihi quis lateat malus anguis? ut & citius illum  
 Conteram, & optato dignus jam reddat amore.  
 Sed tempus ratilis percurrere litora flammis;  
 Nostra sed occultæ depascent peccora flammæ.

ECLIO-

\* Campanæ promotoridam Capo di Mafsa, è la Campanella.

## E C L O G A III.

A N T I G E N E S.

## A R G U M E N T U M.

Milcon, & Dorylas pescatorum marinis inter se primam  
conuictis, mox, adūcato Antigenē, carmine certant: sed  
neuter vincit, Antigenē sententia. Per Antigenem intel-  
ligit poēta familiarissimum suum Josephum Vallettam Iu-  
risconsultum eximium, & Latinis, Grecisque literis floren-  
tissimum, Qui regio animo, ac sumptu celeberrimam Nea-  
poli Domi sua bibliothecam ex probatis simis authoribus om-  
nium admiratione, ac plausu comparavit. Per Argiloschum  
innuit Franciscum Solimenem Pittorem sui temporis e-  
gregium, antiquis ipsis vel inuidendum, Musisque Eshrusque  
perpolitum.

## MILCON, DORYLAS, ANTIGENES,

*MIL.* Icmihi cui nassas servas puer? an Polybotē?  
*DOR.* Nō illi, ac Lycabz, Bajas qui nuper abivit.  
*MIL.* Infelix pescator, ovem qui nescius isti  
Commisi servare lupo; nam s̄pē revisit  
Hic nassam, & partem prædæ sibi subripit udæ.  
*DOR.* Tu fur, tu nassis solitus subducere pisces.  
Te modò cum præda fugientem ab litore vidi,  
Cùm sumosa citus Phrasidami testa perebas,  
Plurima s̄pē soles ubi, pesime, condere furta.  
*MIL.* Vidisti, Doryla, sed cùm te Liber habebat  
Numine repletum multo, & dulcedine lætum,  
Quippe tibi trullas mos est siccare rubentes,  
Atque omnes vili vappa purgare tabernas,  
*DOR.* Ista yiris, perverse? mihi non muricea pīctam  
Clam nuper concham medio furatus ab antro es?  
*MIL.* Nunc etiam inflaris temulento, ut semper, Jaccho,  
Non reddenda mihi pro pignore? protinus hinc te  
Ni citò proripias, saxo caput, improbe, frangam.  
*DOR.* Tu Dorylæ? nostris nite scelerate, Comatas  
E manibus toties rapuisset, mortuus es.

*MIL.*

MIL. Novit & ille tibi quoties cava tempora fregi.

DOR. Te, te ego : vicinus prohibet sed plura satelles.

Dico, age, danda tibi quoniam pro pignore concha?

Post mihi (nec fugies) poena tu, perfide, solves.

MIL. Te quia tunc mecum certantem catmine vici.

DOR. Tu me cantando? non tum mea carmina fluctus

Mirati, & rigidæ movere cacumina rupes?

At te, cum fracta streperes, indo&e, cieuta,

Nereides, pelagique omnes sprevere puellæ.

Vis ne itetum certare? novo certamine vietus

Tum me cantando vici! fateberis ipse.

In medio statuam duo pocula, quæ mihi Gallus,

Cum procul Armoricis venisset portitor oris,

Vendidit Eurialus Cumarum in litore quondam.

Divini est opus Argilochi, qui pocula fecit.

(Argilochum memini Eurialum dixisse magistrum)

Depicta in medio spectantur cœrula, & udis

Stat senior, Battu similis, pescator arenis,

Cui nudo nimium nitentè educere ponte

Retia, purpureo turgescunt sanguine venæ,

Educi multq. tenduntur robore nervi;

Omnibus ut credas pescari viribus illum,

Non longè sedet in scopulo formosa puella,

Seu vitrei sit Nympha matis, seu litoris una,

Quæ viridem vario distinguit flore corollam

Mytro intertextam, nitidisque aspectat arenis

Piscantem, & risu ludit dea pulchra soluto.

Parte alia surgens aprico vinea colle

Uvis luxuriat maturis, parvulus illum

Custodit puer, & roseo pulcherrimus ore est,

Qui sepes propè vimineas confidit, & illum

Stant geminæ circum vulpes, quarum altera vites

Per medias cursat, quæ dulcior unâ racemo

E læto pendet, folioque intacta vitensi

Clam latet, & dulces morsu depascitur uvas.

In peram versata dolos struit altera furtim,

Atque pyra, atque nuces, atque aurea mala rapaci

Subripit ore. puer capiendis manè cicadis

Intexit juncio casses, nec mitia poma,

Nec vita quisquam curat: sed totus in una

Mirabilis  
poculi de-  
scriptio ex  
Theocrito  
musica.

**B**it opere: & pueri sua sunt puerilia curæ.

Nec labra admovi, quamvis me sepe rogareris  
Nisi: sed intacta ex illo servantur in arca.

**MIL.** At mihi nodoso sunt bina corallia truncos,  
Nuper Teleboum dura de rupe revelli:

Hæc sint victori sua munera: plura neque ausim  
Ponere; nanque domi, ò Doryla, mihi dura noverca,  
Et durus pater est, arca qui condita servant.

Cuncta: nec est quicquam, quod clam subducere possim,

**DOR.** Jam certare placet: veniam quæcumque vocaris!

Non me iterum effugies: faciam, certamine vietus.

Ne Dorylam, aut alium posthac tu voce lacefas.

Audiathæc tantum, vicino in margine ripæ

Qui sedet, & Zephyros, & dulcia frigora captat,

Antigenes: nunquam sic me viciisse negabis.

**MIL.** Nec te, nec quenquā fugio. Bonus huc age nostras,

Antigenes, audire veni, & laudare Camcas.

**ANT.** Dicite jam, pueri, molli consedimus alga,

Frigus ubilatō præbet curvamine rupes.

Lumine nunc cœlum puro nitet: æquora rident,

Et placidi rident Zephyri, luduntque per undas

Nereides, vitreosque revisunt Najades amnes.

Dic prior, ò Doryla; referet mox carmina Milcon,

Ludite & alternis; nam alternis ludit Apollo.

**DOR.** Cærulei fluætus, & marmoris imæ canori,

Dicite, si Dorylas cantavit amabile carmen:

Dicite, festivas & gurgite tollite voces:

Si secus, immoto torpescat in æquore pontus.

**MIL.** Muscosæ cautes, & aquis lita saxa marinis,

Aurea si calamo deduxit carmina Milcon,

Ostreaque, & læto conchyliæ dignite succo;

Si contra, vacuas sine succo effundite conchas.

**DOR.** Cum lensus canerem sub tegmine rupis opaco,

Quæ super incumbit placidissima Mergilline,

Nereides vitreis se tollere protinus undis.

Et placidos miscere choros ad carmina vidè.

**MIL.** Quæ se Pausilypus deducit in æquora clivo,

Dum sedeo, & gracili deductum carmen avena

Sæpe iterø, dulci Sirenes murmure captas.

Aspexi ad litus eæleui properate natatu.

**DOR.** Me scopuli, Misene, cui, collesque Dicarchi  
Viderunt suavi mulcentem carmine Phocas.

**MIL.** Me Prochyte asperie muscoso in vertice saxi  
Cantantem rigidas mollire in fluctibus Orcas;

**DOR.** Retia si jacio, veniunt ad retia pisces:  
Si nassas, pingui gravitant sub pondere nassæ.

**MIL.** Nunquam cæruleis immersitur hamus in undis,  
Qui mihi non molles ferat alto à gurgite prædas.

**DOR.** Dū viridi è scopulo nudus sub marmore mergor,  
Ostrea dura lego, & pingui conchylia succo,

**MIL.** Cùm noctu nitidis perlustro litora flammis  
Octipedes rigida divello è rupe paguros.

**DOR.** Blanda mihi semper Fortuna, & cærula ridet:  
Et formosa suo ridet mea Niña marito.

**MIL.** Aurea decurrunt mihi secula: marmora nunquā  
Dura mihi, & nunquam tristes Amaryllidis iræ.

**DOR.** Dic 1 quibus in terris (& eris mihi Proteus alter)  
Subter aquas jačto nascantur semine conchæ?

**MIL.** Dic 2 Quibus in scopolis felieibus Iride piæti  
Versentur pisces, & pignora vistor habetō?

**DOR.** Dic 3 ubi squamigeræ veniant ad litora præda  
Sponte sua, manibusque udis captentur arenis?

**MIL.** Dic 4 ubi laetulos prægignant cærula pisces,  
Os quibus est nulum, dorso nec spina rigescit?

**ANT.** Haud equidem vestras ausim componere lites:  
Tu pateras: hic nigra corallia: dignus uterque.  
Ducite jam nassas, pueri, nox humida venit.

LEO-

1 Tarenti, ubi non longè à litora ingentes palos incole figunt, qui vertice suprà aquas extant, in hosce è celo ros decidit, concharumque sufficit semina, corrupto græco vocabulo *Lo Fito* vocant. hæc inde è palis abstrahunt, subterq; aquas ad ostia parvi finis mitiunt, vehemens ubi est maris fluxus, ibique mirum in modum excrescunt. 2 Ad Pausilypum, ubi pisces triplici Iridis colore nascuntur, regios pisces Olympic vocant. 3 In ora Reginæ ad Cænym promontorium, de quo infra sèpè incidentatio. Hic enim Pelamydes à Delphinis agitat, marisque fluxu ferente, in terras incident: utque Delphines fugiant, in litus exiliunt, captanturque ab incolis nullo negotio. rem lèpe non finè voluptate admiratus sum. 4 Regini, & Messanæ: *Cicirelli* vulgus vocat, suavisissimi saporis sunt, ac velutī lac coagula:um de his plura in Halieuticis.

# LEOPOLDO I.

CÆSARI, AVGUSTO,

PIO, FELICI & VICTORI,

E C L O G A IV.

CÆSAR

ARGUMENTUM.

*Vienna obfitione liberata, fuso, fugatoque Barbarorum exercitu, Strigoniisque recepto, promissa Superum oracula aurea mundo secula iam incipere CÆSARI gratatur poeta; eni, pulsis Europa Scythis; Orbis universi imperium auguratur.*

**A** Et iades Musæ, paulò majora canamus:  
Non humiles cuncti myrtos sectantur, & alges.  
Litora si canimus, sint litora CÆSARE digna:  
Tristia nunc tandem cessere oracula Divum,  
Nec duros ultra portendet<sup>1</sup> pagina casus.  
Spes reddit, Austriaisque iterum vittoria carnis,  
Ac lati redeunt post tristia bella triumphi.  
Incipiunt jam fausta: vetus jam vertitur ordo,  
Mutatæque vices rerum: nova nascitur ætas:  
Et promissa Diis felicia secula Mundo,  
Ac magni fluere incipiunt ex ordine menses.  
Casta fave nunc Virgo: tuo si Numinе CÆSAR.  
Vicit, & ingenti terras formidine solvit.  
Hoc duce, si qua manent priscæ vestigia culpe,  
Tollentur, totoque Fides regnabit in Orbe.  
Gens sancta ex alto mittetur, & impia passim  
Desinet: èque polo veniens Astræa redibit.

B. 2.

Ia

<sup>1</sup> Martini gredensis Soc. Ies. qui adversa primum, mos prospera Casari futura predixit.

In terras iterum , & Saturnia secla reducet ;  
Pacatumque reget totum sub CÆSARE Mundum.

Non miseros posthac nautas urgebit egestas :  
Non labor uda mari committere retia , & imas  
Non opus est reflui perquirere gurgitis undas,  
Ipsa sinu prædas mittent lata æqua , & udi  
Sponte sua venient captivi ad litora pisces .

Ipsi & odorati musco scopuli , & lita saxa  
Fluctibus , & duræ fundent conchylia rupes ,  
Ridebunt lenes auræ , Zephyrique salubres ,  
Et tranquilla levi crispabunt cærula flabro .

Nam procul horrisoni pacato ex æthere nimbi  
Semper erunt ; rigidæque silebunt rupe procellæ ,  
Nec nautis Hyades metuendæ , aut ense minaci  
Qui mare , qui terras , qui que aëra quassat Orion .

Ulla nec assurgent posthac mala sydera Mundo .

Non vacuæ metuent Lunæ dispendia conchæ ,  
Nec foliis illa unquam lentiscus amaris  
Inficiet : pleno turgebunt ubere conchæ ,  
Ac dulci semper pinguefcent ubera succo .

Nullæ prædonum vexabunt cærula puppes :

Nostra nec infames cursabunt litora lembi ,

Non fraudes aderunt , sævæ non amplius iræ :

Non mala furta , dolique , execrandæque rapinæ ,

Et nullæ scelerum facies , post terga revinctæ

Æternum stabunt Furiæ , Dicæque sorores :

Semper & horrendi claudentur limina Jani :

Sordebitque sua exesum rubigine ferrum .

Non sylvas pastor , non deseret arva colonus

Invitus , rigidique gemer sub pondere Martis :

Et curvæ falcæ non conflabuntur in enses .

Non virreas pescator aquas , nec scruposa saxa

Linquet , & ærata sulcabit marmora puppi ,

Atque insuetæ grayi tentabit bella tridente .

Rupe sed umbrosa frigus captabit opacum ,

Blandaque litorreas revocabit ad otia Musas .

Pax erit : ex alto pacem regnator Olympi

Spondet : & optatam spondent bona sydera pacem .

Pauca ramen peragenda prius sunt bella per orbem ;

Expugnandæ urbes ferro , durique domandi

Jazyges 1, immanesque 2 Avaræ, Hunnique rebelleræ;  
 Inde 3 Scythæ, & dirus 4 Maumethæ, 5 Caspia victus  
 Qui jam claustra petit, fugientem 6 Bætra, neq[ue] Indi  
 Tuta nititur: longè sylvas: satiusque peragrat  
 Riphæos 7, latebrisque vagus se condit 8 Imaæ.  
 Te manet hic labot, ò nostri decus, ò amor Orbis,  
**AUSTRIA DE CÆSAR:** Teque unum Fata reposcunt  
 Eversorem Asiz. rapidum cœt fulmen, in hostes  
 Ibis, & horrenda quæries formidine gentes.  
 Mox ubi barbarica puiss[us] cum gente tyranno,  
 Imperium Eo, sedemque tenebis aviam,  
 Invades Asiam, spoliis 9 Babylona superbata  
 Diripies, & regna Cypri vastabis opima.  
 Hinc Syriam evertes totam, secundaque Nil  
 Regna, & palmiferam submittes victor 10 Idumæa.  
 Hic (nimium ò felix, hominum pater, atque Deum rex  
 Te, te in spem tantam, tantosque reservat honores)  
 Sanctam Urbem intrabis, regum stipante corona,  
 Nuinen adoratum, & dulcis dabis oscula ligno,  
 Unde salus nobis orta est, & gaudia Mundo.  
 Auspiciis & jam lœtis, felicibus & Diis,  
 Talia concordes nent aureæ fœcula Pârcæ.

B 3

Ag-

3 Jazyges Metanastæ Europæ populi inter Danubium, & Carpathum,  
 qui nunc Hungaræ montana tenent, q[uod]torum metropolis Cassovia  
 vulgo Alta Hungaria dicitur, quæ tota ferè Austria parebat ante  
 recentes tumultus. 2 Avaræ, & Hunni populi, qui primùm circa  
 Merididem paludos inhabitantes, mox in Paſtouriam migrarunt &  
 quæ Hungaria ab ipsis dicta est. 3 Turci ex Scytharum gente, qui  
 anno 625. Heraclio Imperatore, per portas Caspias in minorem Asiz  
 ingressi pro Imperio Romano militarunt: mox in Scythiam reversi,  
 truperierunt anno 958. Constantino Copronimo Imperatore, &  
 Persidem primùm, hinc Asiam minorem, & totum Orientis Imperium  
 occuparunt, capto Byzantio sub Maumethæ H. anno 1453. 4 Quartus  
 hoc nomine Turcarum rex. 5 Pylæ, seu portæ Caspiz, per quas  
 ex Scythia in Asiam aditus patet, sive ex Media in Parthiam, angustissim  
 inter montes, vulgo Le portæ di Teflir. 6 Tercius vulgo, non lon-  
 gè à Caucaso, qui Cœsar, & Cœsarius dicitur, & per totam Asiam ex-  
 tenditur. 7 Asiz moas Scythiam secans, Sarmathiamque, vulgo  
 Obi dicitur, quo nomine fluvius etiam appellatur. 8 Mons Scy-  
 thæ, ex quo Scythia intrat, & extra Imaum appellatur. longè per  
 Asiam extenditur: In Tartaria nunc Doregar barbaris indigatur, in  
 India verò Dalanguer 9 Bagdat 10 Idumæa, quæ in seorsim litoris  
 Edot dicitur, ab incolis Bidnesi.

Aggredere ò tantos, spondet quos Numen honores,  
 Chara Deo soboles, magnum' Fidei incrementum.  
 Aspice totum imo concussum à cardine Mundum,  
 Oppidaque, urbesque, & nutantia regna sub armis:  
 Aspice, læta novo gstatentur ut omnia seculo.  
 Om hi si tantum concedant Numinis vita,  
 Egregios quantum sat erit celebrare triumphos,  
 Et pariam imperio pacem, & tua dicere facta.  
 Non me divinus poterit superare canendo  
 Actius, aut dignas cecinit qui Consule sylvas;  
 Sicelides quanquam adhinc huic, Nereides illi.  
 Judice si tecum certet Deus ipse Palæmon;  
 Judice se, viatum dicet Deus ipse Palæmon.  
 Incipe, maste animis, claras decerpere palmas,  
 Et tua vicitrici intertexere tempora lauro.



# ALPHONSO PHILAMARINO

TURRIS DUCI CLARISSIMO

E C L O G A V.

THYRSIS

A R G U M E N T U M.

*Corydon, & Mopsus pescatores Thysidis Olympici pescatoris, mortem deflent, alterque epitaphium, apoteosin texit alter, sub Thysidis persona luger poëta familiarissimum suum Ascanium Philamarinum Ascanii Cardinalis nepotem, Turris Dominum, qui acerbissimo occubuit fato, summo totius Civitatis mærore. Vir, & consilio promptus, & ingenio: moribus vero candidissimis, & ad se omnum animos comitate, & officiis promerendos unicè factus: Pater Patria merito appellatus, quippe qui nunquam à patritia gravitate dictis, aut factis ne latum quidem unguem delabi visus est, ut ceteris Nobilibus virtutum omnium egregium esset exemplar. Per Corydonem intelligit Alphonsum Philamarinum demortui germanum, cui in acerbissimi funeris solatium Eclogam conscripsit poëta, eique nuncupat, omnemque felicitatem praecant.*

## CORYDON, MOPSIUS.

COR. *C*ur non, Mopse (leves quoniam demissimus undis  
Jam nassas, lōgo capturas tempore prædas;  
Et tenues calami nobis, & carmina) molli  
Hic musco super interea confedimus ambo?

MOP. *Tu major, Corydon, faciam quodcunque jubebis.  
Aut hīc quā Zephyri strepit aura, & murmurat undas,  
Sive tibi gelidum potius placeat ire sub antrum.  
Aspice, ut ante fores myrtus stipaverit antrum,  
Atque leves subter sternantur molliter algæ.*

COR. *Litoribus nostris unus tibi certat Iolas.*

B 4

MOP.



*MOP.* Quid si idem certet Tritona laceſſere cornu,

Et aſteos inter delphinias Ariona cantu?

*COR.* Incipe, Mopſe, prior (ſunt & mibi carmina) ſiquas,  
Syncer i vel habes laudes, vel jurgia Battī.

Incipe: nam pelago nassas ſervabit Amilcon.

*MOP.* Imò hæc, quæ vires ad deduxi nuper ad undas,  
Jam repero: mox ipſe mihi fac certet Iolas.

*COR.* Ut mergos dulci ſuperant modulamine cycni:  
Judicio noſtro, ſic carmine vincis Iolam.

*MOP.* Define plura, puer; vacuo ſuccesſimus antro,  
Nereides Thyrsin crudeli morte peremptum

Flebant: vos teſtes scopuli, vos litora Nymphis;  
Cùm conjuſt amplexa viti miseraſile corpus

Perfidit lacrymis, & queſtibus aëra compleſt;

Sæpe Deos, ſæpe aſtra vocat crudelia conjuſt.

Nulli cæruleis illis errare diebus,

Nec reflire leves viſi Delphines in undis.

Non & ſueta citi venere ad pabula thynnī.

Thyrsi, tuum Phocas etiam ingemuiſſe per æquor  
Interitum, fluctusque maris, cautesque loquuntur.

Thyrsis Olympiacas curſu contendere cymbas

Inſtituit, lætiſque dedit certamina nautis,

Et ludos Thetidi, & ſolennia vota quo tannis.

Fluctibus ut pifcis decori eſt, ut & oſtrea ſaxis,

Litoribus myrtus, ſcopulis ut muſcus odoris,

Sic nobis decor omnis eras: ſed triftia poſtquam

Eriputere tuis te Fata, immixta Fata!

Ipsa Thetis fluctus, & Nereus ipſe reliquit.

Retia ſæpe, leves quæ miſimis humida in undas,

Purgamenta maris, quaſſataque ligna tulere:

Pro piugui Mullo, pro cærulo Melanuro,

Muſcus, & in felix provenit gurgitis alga.

Spargite humum foliis, puppesque ornate corollis,

O pifcatores: petit hæc ſibi munera Thyrsis.

Erigite hic tumulum, tumuloque inſcribite carmen:

Tyrsis ego hac quondam capiebam notus in acta

Formosos calamo pifces, formosior ipſe.

*COR.* Tale mihi, divine puer, tua buccina cantu,

Quale truci pelago jactatis litora, quale

Sole ſub ardentí Megara yenientibus umbra.

Foto

**F**ortunatè puer, non amisissè magistrum  
**N**ostra tibi læto gratur Olympia plausu.

At nunc cœrulea quæcunque hæc carmina concha  
 Expediam, tollamque tuum sub sydera Thyrfin;  
 Thyrfin in astra feram; dilexit nos quoque Thyrfis.  
**MOP.** Nil erit, ò Corydon, nobis hoc munere maius,  
 Munere & hoc dignus fuit ille; & carmina nobis  
 Jam pridem ista Mycon laudavit, lentus ad umbram  
 Cùm mecum molli sarciret vimine naſtas.

**COR.** Lucida purpureus summi subit atria cœli,  
 Et vaga sub pedibus despectat nubila Thyrfis:  
 Perque alios amnes, tranquillaque marmora Divum  
 Felices sequitur pisces, felicior ipſe.

Ergo alacris fluctus, & litora læta voluptas,  
 Et lætos pacata tenet per cœrulea nautas.  
 Tempeſtas jam nulla mari; non ſevus Orion  
 Aequora turbabit nimbis, læta otia felix  
 Thyrfis amat, Divosque inter jam gestit ovantes.

Ipsi lætitia cœlo sua murmura tollunt  
 Aequorei fluctus: ipsa jam carmina rupes,  
 Ipsa ſonant cava ſaxa; procul reſponsat & Echo:  
 O Corydon, Deus ille, altarum & numen aquarum.  
 Siſ felix, fauſtusque tuis: tibi litore ſeptem,  
 Quot pater ipſe tener Nereus altaria ponam:

Quæ mihi Pausilypus fert aurea vina quoctannis  
 Spargam lætus humi, viridique altaria muſco  
 Intexam, ſociis hilatans convivia læta,  
 Surget ſi Caper, ante focum, ſi Cancer, in umbra  
 Tityrus interea, & fulvus cantabit Amyntas;  
 Nereidum choreas imitabitur alba Lycoreis:  
 Delphinum & saltus imitabitur Artemidorus,  
 Hæc ſacra, Thirſi, tibi faciam ſolennia ſemper,  
 Seu tumidum remis ſindam mare, litore noto  
 Seu mihi ſubductam firmabunt ſaxa phafelum,  
 Dum Nefis pelago ſtabit, dum litore ſurget  
 Pausilypus, fluctusque maris dum pisces amabit,  
 In terris ſemper, ſemperque per aequora notus  
 Thyrfis eris, laudesque tua, tua facta manebunt.  
 Ut Nero, Glaucoque vovent in gurgite nautæ,  
 Sic tibi, Thyrfi; teos dampnabis tu quoque vosis.

**MOP.**

MOP. Tali digna tibi quæ reddam carmine dona ?  
 Nam neque me tantum labentes pumice fontes,  
 Nec Zephyri tantum delectant murmura, nec qui  
 Propter aquas dulcimodulantur gutture cyeni.

COR. Ipse sed ante mihi hac ibis donatus avenas;  
 Hæc nos, Parthenidem ardebat piscator Iolas,  
 Hæc eadem docuit, cui nassas? an Polybotas?

MOP. Accipe tu concham, qua nos donavit Amyneas,  
 Donatam & mihi tunc doluit pulcherrimus Anthus.

COR. Sed iam surge puer; de litore clamat Amilcon:  
 Tempus & è pelago plena: educere nassas.

## MARCO ANTONIO

### J U S T I N I A N O.

V E N E T O R U M

D U C I S E R E N I S S I M O.

E C L O G A V I.

G L A U C U S.

A R G U M E N T U M.

*Venerum clasfi in Orientem ex Italia solventi, cum Auxiliariis copiis, INNOCENTIO XI. Pont. Max. adhortante, poëta sub Glauci persona felicia omnia auspiciatur.*

**S**i juvat edomito de Thrace, Scythisque superbis,  
 Te Duce, venturas patris prenoscere palmas,  
 Huc ades, Adriaco veniens de litore, MARCE  
 ANTONI, atque animum à curis averte parumper.  
 Quæ jam fatidicus nautis oracula Glaucus  
 Obscura sub nocte dedit, nunc accipe; magnæ  
 Odecurus Ausoniæ, & Venetæ clarissima gentis  
 Gloria; litores nec dedignare Camœnas.  
 Fons erit, (ð utinam forentur Numina vota!)  
 Ut tibi grande ævo ventiat de carmine nomen,

Cùm

**Cum , duce te, partos cantabo ex hoste triumphos.**  
**Piscatu Stabiis multa jam nocte redibat**  
 Bajanus Milcon ; sociique per æquora cymbam  
 Pellebant Lycabas, & Surrentinus Amilcon.  
 Nulla cavo flabat vicini à flumine i. Sarni.  
 Aura mari : at puro splendebat ab æthere Luna,  
 Et subtus tremuli splendebant marmora ponti:  
 Ja veterē in 2 scopulum, qui servat ab Hercule nomē,  
 Venerat : audiri cœptus cum litore ab udo  
 Fatidicus Glaucus, tumidi qui monstrâ profundi  
 Innubi sub nocte solet mulcere canendo.  
 Quin & sœpe canit trepidis oracula nautis  
 Cœruleus pelagi vates, aperitque futura.  
 Et tunc yaticinans Deus hæc ex ore profatus .  
**GLAUV.** Ægæi tumidas percurrere puppis undas.  
 Victricem aspicio classem, plena æquora velis,  
 Et longis video temis freta pulsa sonare.  
 Aspirant lenes Zephyri : præit agmina prima  
 Adriacus LEO, quem centum comitantur ovant̄  
 Cum plausu, fremituque rates: juxtaque carinas  
 Assultant læti Delphines, & humida ponti  
 Géns tota, & vario ludunt per marmora cursu.  
 Ipsæ etiam pelago surgunt Nereides udæ,  
 Oræ omnes pulchræ, nitidisque in vestibus omnes,  
 Et niveis omnes, discincta veste, papillis,  
 Nudæ humeros, nudæque genu, sparsimque solutæ  
 Cœfariem per colla levem, vitreasque per undas  
 Solennes ducunt, Nero plaudente, choreas :  
 Concertantque vago puppes ambire natatu,  
 Dum resona Triton cita personat æquora concha,  
 Scilicet egregios jam nunc spectare triumphos,  
 Et debellato palmas ex hoste videntur.  
 Unda fremit plausu : geminant cava litora plausum:  
 Laudibus & meritis Venetus LEO tollitur astris.  
 Illius adventu pulsos dare terga Gelonus  
 Jam video , celerique fuga se trudere in 3 Hellen,  
 Ceu timidi fugiunt sylvosa per avia damæ,  
 Cum propè venator jaculo ferus, & canis instat

La-

<sup>2</sup> Fiume di Scafatis. Rovigliano alii est Scoglio d'Orlando inter Sca bias, & Vicum. E quænsem 3 strætis degli Dardanelli.

Lattati; & nemorum cœcis conduntur in umbris.  
 Sed nec securos se faucibus Hellesponti  
 Stare putant: fugiunt trans <sup>z</sup> Bosphoron, atq; per altū  
 Euxinum in gelidas contendunt <sup>z</sup> Phasidis oras.  
 Exultant lætz Cyclades, Venetumque salutane  
 Victorem, &c festas jactant ad sydera voces.  
 Auratasque sīnu puppes, gentemque togatam  
 Accipiunt, sparguntque novos per litora flores.  
 Libera servitio <sup>z</sup> Leucas, servataque plaudit  
 Nicopolis <sup>4</sup> socio responsat Græcia plausu.

Ipsa sed ante alias fremitu gratatur ovantis  
 Nascenti data Creta Jovi, populoque potenti  
 Applaudit servata, jugoque exuta Tyranni  
 Gestit ovans, plausuque sonant latè omnia circum,  
 Litoraque, scopulique, omnisque remngit Olympus,  
 Jam secura metu sunt omnia: rura colonus  
 Exercet sua: gramineas ertare per herbas  
 Jam tutæ incipiunt capræ, simæque capellæ.  
 Populea pastor recubans securus in umbra,  
 Attritos certat calamos compingere cera,  
 Dulcia & agrestes revocare ad carmina Musas.  
 Securæ ludunt pecudes, saltusque peragrant  
 Dictæos; baculo puer armentarius illas  
 Creslus agit, pastuque sua ad præsepio ducit:  
 Et lætz redeunt stabula ad Gortynia vaccæ.  
 Tutus & ipse sedet vitidi pescator in acta;  
 Atque leves gracili dum texit vimine nassas,  
 Nereidas resonare docet cava litora cantu.  
 At socii intereà celeri vada salsa phaselio  
 Sollicitant, captantque vagi per marmora pisces.  
 Nulla nocens currit mare puppis, & æquora nulli  
 Prædantur lembi: saceruræ cœrulea pīnus  
 Alta secan, Syrioque vehunt de litore merces,  
 Et fortunati convestant dona Canopi.  
 Nam vieti fugere Scythæ: jam Caucasus illos  
 Rursus habet: cœcis & saltibus abdit Imaüs:  
 Atque Afer pulsus Libyæ in deserta refugit.

Hæc

<sup>z</sup> Canale del Mare negre, è stretto di Costantinopoli. <sup>2</sup> Fasse urbs, & fluvius Colchorum Georgia <sup>3</sup> S. Maura <sup>4</sup> La Preusa ab Augusto condita contrà Adriatum, post viagum M. Ansonium, & Cleop atram.

Hæc dedit: & magno plauserunt murmure Nymphæ,  
Et vada Tritones pulsarunt humida cornu.

## A R G U M E N T U M.

Cum forte Tityrus pastor, & Amilcon pescator convivis, -  
Sylvestrem alter vitam, litoream laudat alter.

## TITYRUS PASTOR, AMILCON PISCATOR.

**F**ortè Dicarchæis servabat montibus hædos  
Tityrus, argutæ recubans sub tegmine quercus:  
Hic & latus oves tenui mulcebat avenæ,  
Ad sua sylvestres compellens carmina Divas:  
Cùm longè Baiis veniens pescator Amilcon,  
Fasce sub ingenti pressus confudit ad umbram.  
Ut pescatorem conspexit Tityrus, inquit:  
Non hæc pescator, vobis sunt otia læta  
Litoribus, non blanda quies, non vita beata est;  
Cui pescator ait: Nobis sunt otia læta  
Litoribus, tranquilla quies, & vita beata est,  
Versibus hinc ambo incipiunt certare vicissim:  
Tityrus & sylvas laudabat, litora Amilcon.  
**TIT.** Nos hic vere novo in sylvis, cùm lumine puro  
Purpurei fulgent Soles, & lucidus æther:  
Cùmque rubore novis jam præta coloribus, & jam  
Incipiunt læto turgere in cortice gemmæ,  
Et nidum tignis jam garrula figit hirundo,  
Per virides latè colles, & florea rura  
Erramus læti, & celo gaudemus aprico.  
**AM.** Tunc nos, blanda mari quoniam pellacia ridet,  
Et pura sub luce dies micataureus, & jam  
Felici crispant Zephyri placida æqua flabro,  
Muscosos inter scopulos, & litora cymbæ  
Cursamus, mollesque citi per cœrulea jactis  
Retibus, aut longa captamus arundine prædas.

**TIT.** At verò nimiis cùm jam fervoribus ætas  
Incipit exardere , nemus runc inter opacum  
Ac gelidos inter fontes, & flumina circùm  
Optatas auras , dulcesque inquirimus umbras.  
Hic & sub patulæ prostrati tegmine fagi,  
Sylvestrem tenui meditamur arundine Musam:  
Et tristes cantu curas solamur amaras.

Nos hic & rauco delectant murmure rivi,  
Dum per saxos decurrent concava vallis.

**AM.** At nos aestate in media dùm litora fervent,  
In vitreas pelagi nudi descendimus undas,  
Hic juvat & celeri Delphina lacecessere cursu,  
Et crebrò variis assultibus ite sonantes  
Subter aquas,vitreasque domos lustrare profundis:  
Mox & cæruleis emergere protinus undis.

At nunc in viridi considere vertice faxi,  
Muscas ubi suavem de caute exhalat odorem.

Alta dies medio sed cùm libratur Olympo,  
Nos antrum in gelidum contendimus : hic ubi mollis  
Mixta hederis myrtus vestit pallentibus antrum,  
Roscidus èque eavis distillat rupibus humor,  
Cærulea longè pulsamus litora concha,  
Litoream & Musam , & dulces cantamus amores.

**TIT.** At nos per sylvas,Zephyris motantibus umbras,  
Argutæ mulcent vocalim murmure quercus,  
Atque avium cantus inter virgulta canori.

Hic philoniela loquax , & garrula turtur ab ulmo,  
Et rauca ardentí resonans sub sole cicada.

Sæpe levi somnum suadent captare fusurro,

**AM.** Nos in litoribus,Zephyris crispantibus undas,  
Et pelagi murmur , percussaque litora fluëtu,

Actenuis rauca delectat sibilus auræ.

Nec vicina silent myreeta , & concava saxa,

Sæpe ubi pennigeræ volucres modularunt ad auras.  
Hic fessis gratum membris vagi murmura somnum:

Conciliant, fractæque ad litora leniter undæ.

**TIT.** Hic nemore umbroso cœtus spectamus ovantes  
Nympharum,Dryadasque inter,rurisque puellas

Ducimus immixti choreas , & Oreadas inter

Erramus summis in montibus,atque reposos

Lu-

Lustramus saltus nemorum, sedesque beatas;

Hic Satyros etiam saltantes cernimus ipsos;

Sæpius & calamos, sylvestria Numinæ, Panes

Inflare ad cantum, & Divas iterare cachinnum.

AM. Inter Nereides cœtuni nos ducimus uolum,

Atque leves agimus vitreo sub gurgite lusus,

Doris ubi formosa choros exercet ovantes.

Nos hic Tritones pulsantes æquaora cornu

Audimus, Proteumque senem, Glaucumq; canentem;

Cernimus & vario Delphinas ludere cursu:

Nec pulchræ desunt per litota nota puellæ,

Non & Naiades redimitæ tempora musco,

Quæ dulces nestant choreas, & carmina dicant.

TIT. Cum verò Autumno in pingui vindemia spumat,

Atque sua passim sternuntur in arbore poma,

Sylvestres ludos celebramus, & orgia Bacchi.

Tunc & dona Deùm, & lætas decerpimus uvas,

Atque nuces, & poma, & castaneas hirsutas:

Non & oves desunt nobis, nec copia lactis.

AM. At nos Neptuni ludos celebramus in undis:

Et cursu cymbæ, & juvenes certare natatu

Festinant, plausuque sonant cava litora, & æquor,

Phycides haud nobis desunt, rutilæque per undas

Auratæ, Rhombique, & amantes saxea Pagri.

Ostrea dant scopuli, & pingui conchylia succo;

Undique & armatos radiis venamor echinos;

Et pingues mediis i onychas scrutamut arenis.

TIT. Nos, dum Bruma rigens disrumpit frigore faxa,

Et rapidos glacie cursus infrænat aquarum;

Ante focum, succensus ubi non deficit ignis

Plurimus, & pingues stant tædæ, & fissile robur,

Et dulces chara circumstant conjugæ nati.

Frigora ridemus, flatusque Aquilonis iniqui.

AM. Nos, quia tristis hyems latè maris asperat undas,

Et patrum rectum, & fumosa revisimis antra.

Hic tantum pelagi curamus murmura, quantum,

Aut Delphin numerum, aut insanos litora fluctus,

Desine sed jam, Pastor; iter mihi restat agendum.

Tu

<sup>1</sup> Cannabiechi vulgus vocat, ex arenis educunt nautæ ad Sebethum, & Olympiam oram; <sup>2</sup> dulcissimi saporis sunt, habentur; in deliciis.

92 E C L O G A VIII.  
Tusylvas, & ruracolas: ego litora, & undas;  
Nam sive in sylvis, seu curvo in litore, lætam  
Quisque suo vitam contentus munere ducit.

### E C L O G A VIII.

#### G E N E T H L I A C A

#### A R G U M E N T U M.

Zephyrus, & Artemidorus cum ad VIRGINIS Templū,  
quod in extrema Olympia ad Panſilypī radices juxta cryptā,  
quā via Puteolos dicit, extrūctum est, natali die ad pom-  
pam celebrandam, ut moris est, conveniſſent, illis gene-  
thliacum texunt.

#### ZEPHYRÆUS, ARTEMIDORUS.

**V**Irginis Augustē ad templum sub mōto reposū  
(Nanque dies natalis erat) convenerat omnis  
Pausilypī, Megarēq; manus: Zephyræus aprico  
Pausilypo, Megara descenderat Artemidorus:  
Nare periti ambo, & durare in flutib⁹ ambo,  
Velocique vagum Delphina lacessere cursu:  
Et versus cantare, & acuta ludere canna.  
Tūm prior hæc patula vitis Zephyræus ab umbra.  
ZEP. Natalem, VIRGO alma, tuum lux aurea vexit,  
Lux semper Mundo, & mihi læta age, Delie, currus.  
Siste rotas properantis: aquas ne tangere tantūm  
Festina: pede lento ut eas, similisque morantī,  
VIRGO jubet; laudes celebrandæ VIRGINIS hujus.  
O utinam si anno flueret mihi longior hæc lux.

VIRGINIS est Natalis, age, ede, ò buccina, cantus,  
O pescatores, date flores, spargite muscum,  
Sacraque cæruleis altaria cingite vittis.  
Et vos, ò pueri, atque intacto flore, puellæ,  
(Vos q̄amat hæc VIRGO) calathis nunc lilia plenis,  
Pubentesque afferte rosas, casiamque nitentem:  
Pulchraque nascenti subtexite ferta Puellæ.  
VIRGINIS est Natalis, age, ede, ò buccina, cantus.

Can-

Candida gemma velut concrescit matris in alvo,  
 Etnitida ætherias cœli se prodit in auras:  
 Sic matris concepta utero mundissima VIRGO  
 Candidior nive, purpureisq; nitentior ipsis  
 Erumpit gemmis: mirantur sydera, & omnes  
 Cœlicolæ, & roseis delibant oscula labris.

VIRGINIS est Natalis, age, ede, ò buccina, cantus.  
 O VIRGO formosa, Deo gratissima VIRGO,  
 Jam tibi nascenti se per tua tempora flectunt  
 In gyrum stellæ, & radianti luce coronant;  
 Jam tibi Luna vagos submittit frontis honores;  
 Atque suis nitidum radiis subtexit amictum  
 Purpureus Titan, circumque nitoribus ambit.

VIRGINIS est Natalis, age, ede, ò buccina, cantus.  
 Tu magni regina maris, tu sydus, amicum  
 Nautis semper eris, latum, & piscantibus omen.  
 Se tibi submittent, ventique, atræque procellæ,  
 Et sese prono curvabunt vertice flatus.  
 Teque homines, Divi q[ui] colent, dominamque vocabunt;  
 Ac tibi dona ferent hæc ad delubra quotannis.

VIRGINIS est Natalis, age, ede, ò buccina, cantus.  
 Hæc Zephyræus: opacæ innixus protinus ulmo,  
 Dicite, Nereides, que luserit Artemidorus.  
 Nec possum meminisse: canentem audire negabat  
 Turba virùm stipata: nec omnia possumus omnes.  
 ART. Omnia lætantur, Tellus, mare, sydera, cœlum,  
 Et Superi, atque homines, quid mirum? nascitur Orbis  
 Aurea nunc VIRGO: ut cum matutina resurgit  
 Aurora, & gremio Solem paritura rubescit.  
 Divinum & Solem nostra hæc paritura Puella est,  
 Atque optata dabit felici gaudia Mondo.

Ducite solennes, bona pubes, ducite pompas,  
 Cernite, ut alma dies innubi effulgit Olympo,  
 Et roseos Phœbi currus, aurumque revexit:  
 Cernite, pacatis ut rideat æquor in undis,  
 Et Zephyri levis aura, & saxa virentia musco.  
 Omnia nunc rident: gratantur & omnia Divæ  
 Nascenti; Superique ipsi ad cunabula ludunt.

Ducite solennes, bona pubes, ducite pompas,  
 Non post hac rauco Triton per cœrula cornua

## 34 E C L O G A VIII.

Mortendos pelago nimbos instare monebit;  
Nec frontem Sol ipse sua ferrugine tinget;  
Nascitur en VIRGO: placantur VIRGINIS oreu  
Et venti, nimbi que, impacataeque procellae:  
Ac sua jam mites deponunt murmura fluctus.<sup>1</sup>

Ducite solennes, bona pubes, ducite pompas.

O summo dignata Deo, dum despicit omnes,  
Tete unam Pater elegit, divina Puella.

Incipe jam rotum tisa componere Maudum,  
Tellurem, freta lata maris, camposque liquentes,  
Incipe; litterae adeant tua jam cunghula gentes,  
Annua Natalis recolunt dum gaudia lucis.

Ducite solennes, bona pubes, ducite pompas.

Ire juvat, vitreique matis perquirere fundum:  
Vetere Tritonum laebras, & quicquid in alto  
Doris avata finu latè abdit, five rubentes

Murice sine couchz, aue pictis inerliza punctis  
Ostrea, seu curvo ramosa corallia truncis,  
Sublegere; illa feram nascenti dona Puellæ.

Ducite solennes, bona pubes, ducite pompas.

Hæc illit & memini venisse ad litora pisces,  
Ec rigidæ caput erexitæ è fluctibus Orcæ.

## E C L O G A IX.

## D O R Y L A S.

A R G U M E N T U M.<sup>1</sup>

Dorylas pescator Iola paeri, quem delphinus spina eas  
transuerberaverat, immaturorum obitum deflet: illum autem  
salutur Anthus, Iola apoteofin referens. Per Iolam Poëta  
sub Doryla persona Alumno suo Orontio Montalvo, &  
genere, & àdole nobili illacrymat, qui omnium dolore, que-  
niam febri correpto vena incisa est, interierit. Per Anthum ve-  
rissimelius Nic. Cas. demortui socium.

## DORYLAS, ANTHUS.

Piscosi vitreas i Lucrini nuper ad undas  
Defunditum Dorylas flebat pescator Iolam:

Lu-

<sup>1</sup> Lacus Campaniz: inter Avernus, & finum Putolanum maximè  
Piscosus: multis est Mare morto, alias Lago di Licola.

Lugentem Dorylam consolabatur & Anthus,  
 Anthus amor Musarum, atque Antho charus Iolas,  
 Et patri nimium Doryla dilectus Iolas :  
 His autem lacrymis,his questibus ora rigabat.  
**DOR.** Quis mihi te,pulcher,quis casus,ademit,Iola.  
 Et dulcem rapuit risum,& mea gaudia tecum ?  
 Heu ! qui molle latus crudeli vulnerè fixit;  
 Nata,tibi,& multo turpavit sanguine membra?  
 Membra,olim niveus quæ vivida candor habebat:  
 Sed nunc pallor habet,foedoque asperfa crux  
 Sordescunt:clausique oculi : nec lumine fulgent,  
 Lumine quo nostros tum venabantur amores.  
 Non placidus fronti color est,non gratia labris,  
 Atque insueta permixti dulcedine risus,  
 Risus,quos Nymphæ suspiraverem marinæ:  
**Quæ** nunc discisis nimio mortore capillis  
 Flebilibus passim repletæ vada falsa querelis.  
 Et pisces etiam,& tumidi fera monstra profundi  
 Te, miserande puer,nunquam cassum lumine lugent,  
 Inscius & qui molle latus Delphinus acuta  
 Transfixit spina,& Fato demisit acerbo,  
 Attonitus jacet ,& sese, stimulante dolore,  
 Discruciat,quæritque miser diffundere vitam.  
 At mihi quis vitam,& duræ fastidia lucis  
 Auferat? immixti nam funere te mihi rapto,  
 Dulce mori citius, longum sed vivere durum est.  
 Triste mari in medio tempestas horrida nautis,  
 Delphin Pelamydi,triste & Delphinibus Orca ;  
 Puppibus & Syrtes ; miserò tua funera patri.  
 Quis mihi,quis posthac servabit in æquora nassas,  
 Retia & ad solem expandet, madidosque rudentes,  
 Nata,parentis amor,dulcis mea vita,meum cor ?  
 Nanque puer mihi nullus erit,dum,pulcher Iola,  
 Occidis,& vili pallescis stratus in alga:  
 Cœu niveus medio Delphinus in æquore pallet,  
 Quem durus celeri tenuit per marmora cymba  
 Piscator fugientem,& acuta cuspede fixit.  
 Tu pelagi decor omnis eras,tu litoris hujus  
 Risus eras : tu dulcis amor, tu gaudia nostra :

Per te grata mihi quondam freta cætula: per te  
 Muscofæ cautes, & aquis lira saxa placebant,  
 Et dulces Zephyrorum inter myrræta fusurri.  
 Omnia nunc ferdent sine te: simul omnia tristis  
 Luctus habet, mæstæque silent Nereides antro.  
 Et tristis concham projecit in æquora Triton.  
 Crudeles Parcæ, & crudelis tu quoque Delphini.  
 Formosum paci quoniam etriuistis Iolam,  
 Unus qui vitam longos producere in annos  
 Debuerat, serisque pios invisere Manes.  
 Non vos otis honos, non frontis amabile lumen,  
 Nec faciles pueri potuerunt flectere mores?  
 Quid queror! haud species fletit pulcherrima Parcas  
 Nec placidis hominum mansuescunt moribus unquam.  
 Ah puer! ah male caute! nimis confidere monstro  
 Ausus, & insolito vitam committere ludo.  
 Ergo etiam Iæti crudelia funera lusus,  
 Et tristes patiunt luctus, atque inter amantum  
 Blanditias mors dura venit, Iæta omnia turbans.  
 Ita procul calami: tenues pescator avenas,  
 Nec posthac dulces animabo ad carmina cannas,  
 Non me Pausilypij vada læta, sinusque <sup>z</sup> Dicarchi  
 Aspiciunt vitreas deducere retia in undas:  
 Non viridem celeri visam <sup>z</sup> Neida phæsolo,  
 Atque humilem, Euplazam, quondam felicia nautis  
 Litora, Pellæa venientibus urbe Dicarchum:  
 At mihi semper erunt lævi monumenta doloris.  
 Hos virides linquam scopulos, hæc litora, & antra,  
 Retiaque, & calamos, & vimineos labyrinthos:  
 Solus & in saxis, & litoribus desertis  
 Vitam infelicem per dura, per aspera ducam,  
 Quod tandem mixtes scindant mea stamina Parcæ.  
 Interè hæc duro describam carmina saxo,  
 Carmina, quæ, molli dum texit vimine nassas,  
 Pescator legat, & lacrymans suspiria fundat.  
 Delphinum in lido hic perit formosus Iolas:  
 Hic Dorylas illum, & Nymphæ flevere marinæ.

Sed

<sup>x</sup> Ptoleoli. <sup>y</sup> Nysa, Insula Pausilypo objecta ad Occasum vergens.  
<sup>z</sup> La Gajela, Insula ad Notum Pausilypo opposita, sic dicta, quod na-  
 ves Alexandria venientes cum vidissent, bonam egiſse navigationem  
 iuxtabantur,

Sed, puer ò dilectè, vale, vale pulcher Iola.

Hæc dedit: & calamis jam frangere, & ire parabat,  
Cùm flentem cœpit solari talibus Anthus.

**A N T.** Desine flebilibus cava saxa replete querelis,  
Et tristem, Doryla, tandem solare dolores.

Non dignus lacrymis puer ille: nec impia Fato

Sors illum misero rapuit: sed victor Olympo  
Redditus, & Divos inter jam gestit ovantes.

Vidi ego, purpureus dum Sol luceret in Orbe,  
Turmatim in terras summo descendere cælo

Ali gerum cœtus: pictisque exercitus alis.  
Ardebat, citharisque omnes, cantuque fremebant,

Aspexi & tenues inter volitare per auras,  
Et choreas agere, & lato pro ludere cælo.

Cygnorum veluti niveum volat agmen, ab alta  
Nube ruens, placidoque sonans replet æthera cantu:

Et vario circum cursans secat aëra gyro.

Quos inter puerum (nec me sententia fallit)

Ire coronatum lauro, nitidoque coruscum  
Lumine, & è terris cerno super astra volantem.

Atque hæc syderias longè resonare per auras

Audita est mihi vox, & reddita vocis imago

Sæpius ex alto: Cælo jam victor Iolas

Tendit, io! Superi, venienti plaudite, & inter  
Felices puerum cœtus, sedesque locate.

Hæc Anthus: Iæto solatus & omne patrem est.



## C H R Y S I S.

## A R G U M E N T U M.

*Ladon Urinator, Polydoro adhortante, CHRYSIDIS apotheosis anniversaria pompa celebrat. Per CHRYSIDEM D. Saverium intellige: per Ladonē poētam, per Polydorum Joannem Berardum S.I.D. Saverii cultorem egregium, meditans hanc Eclogam poēta est, cum jam se ad Indicum iter accingeret; hinc Urinatores ad Gangis ostia introduxit.*

LADON, POLYDORUS Indi Urinatores:

LAD. Itabar, Polydore, mari dum nuper in alto  
**M** immergor, rutilas piscatum gurgite con-  
 chas,

Quid tanta, insolitūm, natent conchylia fundol  
 Vidi etiam ē vitreō spumosā Tethyos amne  
 Hūc unā properasse Deas, ubi cœrula Ganges  
 Lata subit, nitidaque auro devestat arenas.  
 Cœruleos hīc blanda Deos ad carmina, & ipsos  
 Auritos etiam pisces, & monstra vocabant.  
 Ecce dies aderat, vīctor qua CHRYSIS Olympum  
 Ascendit, novus & quoreis Deus additus undis,  
 Quā locus astriferi in medio vacat aureus orbis,  
 Inter Phillyridæ jaculum, Ægocerumq; sequentes.  
 Et nos stamus adhuc, nec reddimus annua magno  
 Vota Deo, lætique agimus spectacula pompx?  
 POL. Scilicet id fuerat, Gangis quod nupet ad ora  
 Dum sedeo, & rutilas auro perquirere arenas,  
 Carpere & ē fluvio nitidos mihi cura lapillos,  
 Nescio quæ læti canerent mihi carmina cygni.  
 Illos (credo equidem) stellato CHRYSIS Olympo  
 Ad pomparam, d<sup>o</sup> Ladon, atque annua sacra vocabat.  
 LAD. Sic ipse, d<sup>o</sup> Polydore, reor, solennia Divo  
 Æquoris & quorez ducunt sub gurgite Nymphæ:  
 Candentesque sonant tipa in Gangetide cygni.  
 At tu quæ pepigisse mihi te carmina quondam  
 Dixisti, vacuo recubans dum frigus in antro  
 Captabas mecum, tenui meditare cicuta.  
 Incipe: jam raucus cecidit Notus, atque silentes  
 Aspice tranquillo sternantur ut & quore fluctus.

POL.

E C L O G A X.

**POL.** Non eadem est ætas, Ladon: jam prorsus & illa  
Sunt oblita mihi tot carmina: quin quoque vires  
Defecere: seni mentem & longa abstulit ætas.  
Tu puer, & meminisse potes, mihi nuper ad undas  
Dic, quæ litoreis cecinisti carmina Musis.

**LAD.** Immo hæc, quæ nitidas medio de gurgite cœchæ  
Dum refero in litus, Divo properata parabam;  
Jatn repetam, & resona complebo cœrula concha.

**POL.** Incipe: pacatis en jam tibi Doris ab undis,  
Et tibi gemmifero applaudit de gurgite Ganges.

**LAD.** Da mea vocalis, mecum vaga murmuræ, concha.  
Quæ nunc, ò Divæ, Chryseides, æquora læta  
Quæ colitis, roseus surgit qua Pherbus ab undis,  
Litora vos mihi, vel fluviorum panditis ora,  
**CHRYSIDI** litus ubi solennes ducere pompa  
Incipiam, & musco redimita altaria ponam.

Da mea vocalis, mecum vaga murmuræ, concha.  
An sedet hic, Nymphæ, quæ turgidus influit auro  
Ganges, & rutilas gremio Thetis accipit undas?  
Nosco, Divæ, omen: sacra hic altaria ponam  
Muricibus contexta rubris, albisque lapillis.

Da mea vocalis, mecum vaga murmuræ, concha.  
Ostrea da, Polydore, mari quæ duximus alto,  
Et mitis referunt variata coloribus Irim,  
Affer & è duris evulsa corallia saxis.  
His ego cœruleis contextam altaria donis.  
Tu, **CHRYSI**, in medio, tot quandoœ cœrula concha  
Effudere sinu, tua munera, gemmea se stœ.

Da mea vocalis, mecum vaga murmuræ, concha.  
Huc age, Lyda, veni, fer tecum mascula thura,  
Portitor illa mihi quæ quondam vendidit Afer:  
His ego thuriferis incendam altaria donis.  
Affer & apricis quæ collibus uva, ministrat  
Vina mihi, totumque eadis servata per annum:  
Illa ego diffundam læta hæc altaria circum,  
Et Duo, **CHRYSI**, tibi, & Didymo duo pocula patræ.

Da mea vocalis, mecum vaga murmuræ, concha.  
Jam fortunatus summo considis Olympo

<sup>1</sup> Nymphæ Eoi maris, sic dicitur a finu Magno, qui & Chryseidæ antiquis appellatur: hodiè vulgo dicitur Golfo di Siena.

Perque alios erras amnes, & cœrula Divum,  
Cœrula, quæ nunquam perturbant flamine Coris  
Sed Zephyro semper gaudent, semperque per undas.  
Cœlestes ludunt, felicia Numinæ, Nymphæ.

Dame vocalis, mecum vaga murmura, concha.  
Cuncta tibi nautæ per litora, quæ vaga Doris  
Alluit, & latè vaga circuit Amphitrite,  
Septem aras ponent, totidemque ex more quotannis  
Oceani vitulos ante aram, Orcamque litabunt.  
Et tibi servati sua vota in litore solvent.

Dame vocalis, mecum vaga murmura, concha.  
Ite per Eos vastissima cœrula puppes;  
Nam novus Oceano Deus additus: ite per undas,  
Audaces nauæ, & placidos jam findite fluctus;  
CHRYSIS enim pelagi spumantia marmora placat.

Dame vocalis, mecum vaga murmura, concha.  
Ite, nec insano quaestantes turbine ventos  
Oceanum, rapidas, nec formidate procellas.  
Ille animos molcit vehorum, & temperat iras;  
Ille nigras spellit nubes, Solemque reducit.

Dame vocalis, mecum vaga murmura, concha.  
Ite sub æquoreas, nudi vos ite sub undas,  
Divitis, ò pueri, quæ situm absconditæ Nerei.  
Jamque novum cœlo processit CHRYSIDIS asteum;  
Astrum, quo matres gauderent roribus, & quo  
Lucidus aurata in testa concresceret humor,  
Lætaque purpureis flaveiceret unda lapillis.

Dame vocalis, mecum vaga murmura, concha.  
Hæc levibus properata modis nunc accipe, CHRYSIS,  
Carmina: plura tibi si mox, & meliora canemus.  
Desine vocalis, mea desine murmura, concha.  
At tu nos cœlo pius aspice: marmora conchas,  
Et rutilas Ganges, te Numinæ, fundat atenas.

Desine vocalis, mea desine murmura, concha.  
Auspicte te, placidum semper mihi tideat æquoris  
Rideat & puto suffusum lumine cœlum.

Desine vocalis, mea desine murmura, concha.  
POL. Dulce mihi, Lada, cœcinit tua buccina carment  
Non tam su avè sonant hæc per Gangetica cycni:  
Nec que sublimes semper summo aëre fidunt,

Ura.

## E C L O G A X.

Uranides, & modulantur aves, cum rore beato  
 Jam saturæ, dulces effundunt gutture voces.  
 Ille tibi Phœbum inspirat: facit ille poëtam;  
 Et tecum concha mare personat. Illius ergo  
 Egregias laudes meditare, & gaudia facta;  
 Digna Deo tua semper etunt, & dulcia nobis  
 Carmina: te nostra laudabunt semper in acta,  
 Dum juvenes leti repetent tua carmina nostri.  
**LAD.** Surgamus, Polydore: vagis Sol mergitur undis,  
 Et latè maria, & montes umbrantur opaci.

## T H E O D O R O

### COMITI BARBOVIO

FORTISSIMO MILITIAE PRÆFECTO.

## E C L O G A XI.

### Æ G O X

### A R G U M E N T U M.

*Cum ægon ad 2 Posidonium felicem nuncium attulisset, excessisse nimirum Messana Gallicato classem, urbemque à Comite Theodoro Barbovio receptam: Melibanus pastor, & Lycabas pescator Latice carmen Victori canunt. Per ægonem poëtam intellige, qui Rhegi hanc Eclogam conscripsit, cum severiori Misera via operari daret.*

**ÆGON** Nauta, LYCABAS Piscator, MELIBOKUS

Pastor.

**A**ctiadis magnum nostræ decus, & nova Musæ  
 Gloria, seu piætis alacer splendescis in armis,  
 Aut petis adversos frata cuspide reges:  
 Sive tibi metita præcingunt tempora lauro  
 Servatæ gentes, plausuque ad syderà tollunt,  
 Huc ades, ò THEODORE, atque has ne despice Musas,  
Si

---

<sup>1</sup> Sic dicta, quia nusquam in terris confitere videantur, undè & Paradiso Urbi di Paradiſo, & Sea Colunam Reginam, In Catena.

(Si qua tibi nostræ velocis gratia cymbæ)  
 Quas pastor Melibœus, oves dum pascit ovantes,  
 Ac tibi piscator Lycabas, dum retia dicit,  
 Alternis referunt certantes versibus ambo;  
 Tuque etiam facilis tenues Ægonis avenas  
 Accipe; nam nostræ debent tibi carmina Musæ.

Fortè mari ex alto ducebat retia in aëtam  
 Piscator Lycabas, tristesque in pectore curas  
 Versabat: pelagi sed per vicinia pastor  
 Lanigeras Melibœus oves non lætus agebat.  
 Ad i Cœnym Lycabas habitabat: Pastor ad umbras  
 Vicini nemoris, viridique in valle Salici.  
 Improvisus adest, timidisque supervenit Ægon,  
 (Ægon Euboici quondam maris accola, ponto  
 Tunc Siculo errabat, patriis prœcul exul ab oris)  
 Protinus & læto sic incipit ore profari:  
 Cui trepidi juvenes mox respondere vicissim.  
 ÆG. Sollicitos vestro depellite corde timores,  
 O pueri; felix vobis en nuncius adsum.  
 LYC. Dic age, quæ nobis Ægon nunc læta reportas?  
 ÆG. Infestæ Siculo excessere ab litore puppes:  
 Arma prœcul cessere, minæque, infandaque bella.  
 Pax reddit, & læti capiunt exordia menses;  
 Vidi ego lunati surgit quæ pompa theatri  
 Magnanimum Heroem, regisque insignia nostri,  
 Agmina mille ducem stipantia litore vidi,  
 Et lætas voces, plaususque his auribus hausit.  
 Cœu regi agglomerantur apes, post prælia quando  
 Victor regna petit, cæsoque ex hoste superbus  
 It lætos inter cœtus, plaususque faventum.  
 LYC. Scilicet id fuerat, prima quod luce diei  
 Sæpius, insuetum, resiliret ab æquore Delphin,  
 Nereidesque choros agerent, dum murmura longæ  
 Cœrulea investitus concha ciet æquore Triton.  
 MEL. Hoc etiam(nec fallor) erat, quod prata capelliæ  
 Tonderent nimia passim dulcedine læzæ:  
 Ac virides inter salices, & flumina circum  
 Erratent Dryades festivæ, & Najades udæ:

Quas

<sup>1</sup> Promontorium, & fluvius; de quo Lib. 4. Nauticorum. <sup>2</sup> Amœc  
nissima villa de Salci, de qua sed. libro.

*Quas inter mixti, sylvestria Numinis, Panes  
Inflarent laci calamos, & lata sub auras*

*Murmura ja&tarent volucres per compita sylva,  
Credo equideum; nam sensus inest divinitus illis.*

*ÆG. Ergo agite, & vestris possunt quæ carmina Musæ,  
Dicite, & alterno, juvenes, contendite cantu,  
Ipse has interea pulsabo pe&ine cordas.*

*MEL. Ite per apricos colles, & rura capellæ,  
Ac lætz cytisum, & florem rondere salicti;  
Hostis abit: cessere minæ, pax aurea venit.*

*LIC. Ducite securi choreas Delphines in undis,  
Et vario circùm litus cursate natatu;*

*Pax redit: & placido rediens nitet aurea ponto.*

*MEL. Vos, ò pastores, inducite fontibus umbras;  
Et finite optatas tenerum pecus ire sub umbras.*

*Hostis abit: cessere minæ: pax aurea venit.*

*LIC. Vos, pescatores, læti deducite cymbas,  
Et piscofa leves jam solvite retia in undas;*

*Pax redit: & placido rediens nitet aurea ponto.*

*MEL. Fœcundos proscindat agros festivus arator,  
Et pingues pedibus presset jam vinitor uvas.*

*Hostis abit: cessere minæ: pax aurea venit.*

*LIC. Alta rupe sedens pescator arundine pisces  
Capte ovans, nudusque mari scrutetur echinos.*

*Pax redit: & placido rediens nitet aurea ponto.*

*MEL. Hic ego sub patulæ prostratus tegmine fagi,  
Dum teneros carpunt flores, mea cura, capellæ,  
Ac Phyllis formosa comas mihi daphnide cingit,  
Agrestes tenui modulabor arundine Musas.*

*Hostis abit: cessere minæ: pax aurea venit.*

*LIC. Hic inter scopulos, Zephyrique repensis ad auras  
Dum moror, & molles expecto ad retia prædas,  
Ac mihi de myrto ne&tit Galatea corollam,  
Æquoreas resonare Deas cava saxa docebo.*

*Pax redit: & placido rediens nitet aurea ponto.*

*MEL. At vos, Pierides, vi&tori cingite lauro  
Tempora; & Aouiae, vos dicite carmina, Musæ;*

*LIC. Vos illi fertum viridi contexite myrto,  
Nereides, plausuque sonans ciat æquora Triton.*

*MEL. Illi ego per sylvas, septemque altaria cœcum*

Bislenos de more dies sacra liba quotannis  
 Spargam latus humi, atque incendam mascula thura.  
 Non me carminibus superabit fuscus Amyntas:  
 Nec Pan ipse Deus vincet: nec Thracius Orpheus.  
 LYC. Ast ego litoribus, totidemque altaria circum,  
 Et sacros latices & vina liquentia fundam,  
 Et spargam pelagi muscum festivus ad aram.  
 Non niveos intet cantu Delphinas Arion,  
 Nec mihi per scopulos certet Deus ipse Palazon.  
 Sic illi alterno miscebant carmine Musas:  
 Aegon interea calamos inflabat acutos.  
 Cum tandem (alta jugis jam Solem absconderat Atma)  
 Amborum invitæ fecere silentia Musæ:  
 Atque hinc muscosi scopuli, rupesque cavæ,  
 Hinc longè colles responsavere beati.

## E C L O G A XII.

## M O E R I S.

## A R G U M E N T U M.

Cum Phrasidamus Marinæ puerum rosas, & corallia ferentem vidisset, suspicatus no puella alicuius amore teneretur, conatur illum ab amore revocare. At puer se Virginem amare ingenuè faretur, & quo modo à Virgine vocatus fuerit, exponit. Per Marinæ intelligit poëta Olympicum pisatorum, qui annos duos, & viginti supra centum habet, virgo semper, & Virgini addictissimus.

## PHRASIDAMUS, MOERIS.

*PHR. A.* **C**ui tu, Mæti, rosas, & nigra corallia portas?  
*MOE.* Ah timeo tibi, Mæti, furor ne te imprebus ille

Prævertat, præcepisque trahat malè sana cupido.  
*MOE.* Veratibi fateor, jam me pulcherrima VIRGO Totum habet, & dulces animo mihi ventilat ignes.  
*PHR. A.* Ah puer infelix, quæ te dementia cepit!  
 An nescis quam durus amor? non savigit ille

In

In terris Leo, vel pelago crudelior Orca est.

Illum seva mari, canibusque incinda marinis.

Scylla tulit; natumque sinu impacata Charybdis.

Fovit, & immanes admirorunt ubera Phocæ.

MOE. O, nescis, Phrasidame, mihi quæ flamma medullas.

Torreat, & quæ me teneat formosa puella.

PHR. A. Dic age, quæ flamma, & quæ sit formosa puella?

MOE. Incendit me dius Amor, me PARTHENIS. o, quæ

Non consueta meum pertentant gaudia peccus!

Illa meos poscit (si quicquam credis) amores.

Illa habeat: mentem hic semper bonus occupet error.

O nimium felix, hanc si, pescator, amares!

PHR. A. Non humana sonat tuaverba, sed unde repete

PARTHENIDIS tibi tantus amor? quo Numine dextra

Mæri, tibi sacræ exarsere in pectora flammæ?

MOE. Dicā equidē, Phrasidame: Cavo stat picta sub atro

Quæ Mergillina illustres via dicit in ædes,

VIRGO decus cœli, quæ me dum spectat euntem,

Pubentesque rosas dextra tunc forte ferentem,

( ipsa mihi soror è testa decerpserat Egle)

Cui, formose, rosas, puer? inquit. at ipse repente

Obstupui: captusque nova dulcedine mentem,

Illi hac: Dia, rosas vis tu pro munere, VIRGO?

Accipe: parva quidem; sed si dignabere, majus

Cor, nostri, Regina, tibi do pignus amoris,

Tunc dextrâ mihi VIRGO tetendit, & Has, puer, infit,

Accipio, dilecte, rosas, quæ pignus amoris

Semper erunt: semperque tuos dignabor amores.

Sed tu, Mæri, alias sectari, & amare puellas

Mitte, nec insanæ incendant tibi pectora flammæ.

Cui contrâ, Tibi, Diva, meo pescator amores

En vovo: immotumque animum tu Numine firma.

Ac veluti nunquam tot me flexere puellæ,

Litora quæ mecum passim per nostra vagantur:

Sic & nulla mihi poterit prævertere mentem:

Nen Beroë formosa comas, non picta Lycoris,

Non Hyale, quam nobis pro dote superba

Cen-

<sup>1</sup> Magnifico sumpta extractæ ad Paupili p. litus à Methymna Duce,  
& Anna Capafa conjugæ Prolegib[us] Neapolitanijs.

Centum regna daret, rubroque è gurgite gemmas,  
 Quot veniunt, quantumque Indis deducitur aurum.  
 Tuque, Puer que tuus nostro sub pectori fixi  
 Stabitis, æternumque mei vos semper amores.  
 Nec vestra ex oculis unquam labetur imago,  
 Diva, meis: nec erit quicquam mihi gratius unquam,  
 Ni Dius Puer, & Puer tu candida Mater;  
 Nam dulcis puer est, & dulcis tu quoque Mater.  
 Ipsa, Puerque meus te semper amabimus, inquit  
 Illa mihi: tu noster amor, tu maxima cura.  
 Proque tosis, quas, Mori, mihi, Puer que dedisti,  
 Jam tibi luciferis settum subtexitur astris.  
 Hæc dedit, & placidis mihi mox subrisit ocellis:  
 Subrisit Puer ipse, sīnu quem Dia tenebat,  
 Et mihi divinos animo inspiravit amores.  
**PHR. A.** Fortunatè puer, dñe tu VIRGINIS ergò  
 Factus amans, quæ tantum alias formosa pueras  
 Exuperat, quantum reliquas Luna aurea stellas,  
 Illam Cœlicolæ, nūtidisque exercitus alis  
 Aligerum obseruat venerans, plausuque coronat.  
 Fortunatè puer, nunquam sibi dura negabunt  
 Equora captivos piscofa in retia pisces.  
 Non posthac vacuas velles de murice conchæ:  
 Nec tenues inter sabulum venaberis i auloss;  
 Nam VIRGO, cui Sol, cui Luna, & sydera parent,  
 Et venti, nimbique, undos & carula ponti,  
 Placabit maria, & ventos, pulsabit, & imbre:  
 Piscibus & nassas, succoque implebit echinos.  
 I, felix puer, o! fer nigra corallia Divæ,  
 Purpureamque rosam, & flamas testare pudicas.  
 Sed veniam comes ipse tibi, si forte benignis  
 Aspiciat me VIRGO oculis, nec spernat amantem.  
**MOE.** Corripiam prius ipse viam: tu ponè venito.

CA-

---

i Idem, ac onyches, qui & Solenes à Græcis, à Latinis digiti,  
 quam appellantur.

# CAROLO CARDENIO<sup>49</sup>

## Sacri Romani Imperii PRINCIPI MERITISSIMO

Laini Marchioni, Aceriarum Comiti.

E C L O G A . X I I I .

CARDENIDES.

A R G U M E N T U M .

**CARDENIDEN** Mecenatem suam Poëta sub astarem  
unā cum Phyllide ad Pausilypum invitat; locique amanita-  
rem, ac delicias describens: atque illi & piscatoria munuscula,  
& versus spondet. Per Phyllidem intellige FRANCISCUS  
M. SPINELLA M è Scalea Princepibus, Marchionis Con-  
jugem, mulierem præstantissimam, omnibusque animi, for-  
tunaque dotibus abunde ornatam,

O Ptros jam pande mihi, formosa, recessus,  
Mergillina, cavis & amicam in rupibus umbrâ;  
Quò plena refetam nassas, & frigora captem,  
Pauca sed ante meo gracili sunt carmina avena.  
**CARDENI DÆ** dicenda: neget quis carmina magno  
**CARDENIDÆ**, me cujus amor facit esse poëtam.  
Sic tibi, cùm vitreas pelagi descendis in undas,  
Et blandam cursu sequeris Nefidâ sororem,  
Non Protei possint, Phorcique nocere petulci.  
Incipe: Pausilypi ad litus, sedesque beatas  
**CARDENIDEN** tenui calamo, cantuque vocemus,  
CAROLE, dum summis ardet fervoribus ætas,  
Incenditque suo rutilans satas Sirius igne,  
Huc, quò Pausilypus secuposse rupis in antrum,  
Et formosa vocat te Mergillina, venito.  
Ipsa sed in primis veniat tua Phyllis, & ipsa  
Ceruleas inter ludat non ultima Divas;

Eu-

Kuboidum Phyllis pulcherrima, quam tibi casti.  
 Dulcis amor thalami concordi sedere junxit:  
 Et que jam pulchra fecit te prole parentem.  
 Hic lenes spirant auræ, Zephyrique salubres,  
 Et placido intendunt felicia marmora flabro:  
 Crebræque inapulse modico clangore jocosæ  
 Per virides scopulos, per litora leniter undæ  
 Assultant, vitreique tegunt saxa humiliæ tores.  
 Hic & odorifero florentes pumice cautes  
 Cœruleum gignunt muscum æquoris, aspice, ut omnes  
 Litus, & objectos scopulos maris integrat herba,  
 Qua non purpurei spirant fragantiūs horti:  
 Cratus & halat odor, qui thure suavior ipso  
 Leniter immissa insinuat se paribus aura.  
 Atque egros reficit sensus, viresque ministrat,  
 Stant rigui fontes, multoque foramine manat,  
 Qui nitidas inter fugientes strepit humores arenas.  
 Et sacerdos aquæ se litora proptet amœna  
 Fons agit è scopulis, cui non vicina recurrens  
 Doris amara suum immiscet perfusa liquorem.  
 Inter & optatos subsultant Najades amnes,  
 Ore omnes formosæ, adianæ frondibus omnes  
 Ornatae, & viridi succinctæ crura cothurno;  
 Sunt hic & rupes, tepideque in rupibus umbras,  
 Quæ nimios relevant æstus, & læta ministrent  
 Otia Musarum: gelidis hic sœpe sub antris  
 Cantando ingentem poteris lenire laborem,  
 Dum choreas tua Phyllis agit, luditque beato  
 Nympharum sociata choro, mediasque per undas  
 Humidæ Delphinum ad cantum gens assilit omnis.  
 Eja, age, rumpæ moras; tibi jam per litora muscas  
 Sternitur, & passim molliæ se subiicit alga,  
 Aspice, ut undivagantes per æstrula pisces  
 Te placido invitent lvsu, cursentque per æquor  
 Festivi, & frumentæ inter spatiens odorus.  
 Ipsæ tibi ridens Zephyrorum animata susurro  
 æquora, vocalique lacessunt murmure cautes.  
 Hic juvat in vitro ludentes gurgite Divas  
 Nereides spectare, & fluctivas Sirenas;  
 Quippe suæ nunc mensæ adeat, quo gurgite ludunt,

Güm

Cum flabro incipiunt Zephyri spirare canore.  
 Interdum picto lastrabis lata phaselō  
 Litora Pausiliyppi, & colles spectabis apricos,  
 Et quæ magnifico surgunt palatia luxu:  
 Nec non & mixtim pueros, tenerasque puellas  
 Innocuos celebrare choros, & ludere in undis.  
 Sæpe etiam celeres sublabi gurgite cymbas,  
 Et pubem remis certare, & scindere fluctus,  
 Ut primi metam teneant, & præmia tollant,  
 Aspicies, lætos & ovanti murmure plausus.  
 Attolli, & festas cava litora reddere voces,  
 Ac longè scopulos plausu, & freta pulsa sonare.  
 Quin etiam, si nostra tibi munuscula cordi,  
 Barbaros tibi ego Mullos, Rhombumque trilibrem,  
 Auratamque feram, & Turdum, flavosq; <sup>1</sup> Erythinos:  
 Addam atq; his <sup>2</sup> Apyrenum, & cæruleū <sup>3</sup> Melanurus.  
 Atque leves <sup>4</sup> Synodontas (amat hos nam tua Phyllis:  
 Sæpius atque illos, memini, me fesse rogabat).  
 Hos & odorifera conteretos desupet alga,  
 Vimineosque inter calathos tibi munera ducam.  
 Prætereà, primis quæ sunt gratissima mensis,  
 Dona feram, æquoreo madeant quæ plurima rote,  
 Atque vaporifero spirent circumdata musco,  
 Et persæpe famem quæ irritavere morantem,  
 Ostrea, purpureoque ardentes murice conchas,  
 Et saxosa mihi servat quos Nesis Echinos,  
 Quosque Dicarchæis nutrit Thetis humida faxit:  
 Illos è fundo, rigidaque è rupe revellam,  
 Cum jam Luna suum complevit lumine cornu.  
 Insuper & pictum, non ultima dona, quasilum  
 Cæruleis plenum digitis, quos litora propter  
 Sebethi medias inter scrutamur arenas.  
 Hinc cum læta inter myrteta, & concava faxa,  
 Aut riguos inter lenta otia ducimus amnes  
 Jam vacui, & Zephyrum, & frigus captamus opacum,  
 Quam mihi Syncerus moriens donavit, avenam  
 Inflabo, & nostro freta carmine pulsa sonabunt.  
 Tunc genus antiquum regali è sanguine regum

D Can.

---

<sup>1</sup> Scangolino, & Pagro <sup>2</sup> Lampreda, sic dicta quia exosis est.  
<sup>3</sup> Orchista. <sup>4</sup> Idem, ac Dentices latine, Dentistæ.


Cantabo, stirpisque tuę primordia dicam,  
 Magnanimos addam Heroas, Regesque superbos ,  
 Quos Tagus aut iferis regnantes vident arenis,  
 Et quos Dives Iber, niveaque incinctus oliva  
 Bætis, & umbrosa coluit cervice Pyrene:  
 Quos & Pasthenope titulis majoribus auxit:  
 Noster & in yitidi miratus fæpe recessu  
 Pausiflypus, sovitque suas Euplæa per undas.  
 Non taceam tua facta, mihi si pulcher Apollo,  
 Et digna Actiades concedent carmina Musæ.

Hæc sat, Nereides, vestrum lufisse Poetam,  
 Dum sedet, & ratum subtexit arundine linum.  
 Hæc vos &, Divæ, facietis maxima magno  
**CARDENIDÆ**, mihi cuius amor sic crescit in horas,  
 Orbe velut pleno succus pinguiscit Echini:  
 Aut matutino ut surgent conchylia rore.

Surgamus; nam prima gravis cantanzibus aura  
 Vesperis, atque aer gelidi nocet humidus antri.  
 Ite domum teneræ, Sol occidit, ite puellæ.

F I N I S.







## N A U T I C O R U M

### L I B E R I.

Ue veniant nemora apta mari, quo sydere pius.  
**Q**Cedere, & arte rates qua cæsis ponere truncis  
Conveniat: quæ cura omnes prædiscere vicos,  
Et mores, & signa, & vagique sonantia Nerei  
Æquora velivolis latè sulcare carinis:  
Litora vel circùm pictis freta findere lembis:  
Nec non & quæ in Aeu, & parvo soleretia Mundo,  
Et tempestatum quanta experientia Nautilus;  
Hinc canere, & vasti puppes per cœrulea Atlantis  
Ducere surgentem in Solem, Solemque cadentem,  
Incipiam: vitrei quando me Numinæ ponti  
Nativam in sedem invitant Nereides udæ:  
Et tenues Vati calamos compingere cera,  
Litoreoque patans sertum subtexere musco.  
Nam neque Mæconios ausim sperare cothurnos,  
Nostra neò æternam interserpere tempora laurum,

O magna clarum Ausoniæ degus, edite cœlo,  
**CARDENID.** E, pulchris seu te per cura vires  
Leucopetra i spatiofa tenet, vei carmine dulci  
Agrestes inter Divas blanditur Apollo:  
Seu te stellati ducit per concava cœli  
Uranie, & nictidos orbes, & sydera dicit:  
Sive invectus equo, tua regna, invisis Acerras,  
Ac longè rauet perlustras fluminæ & Lai,  
( Regna solo pingui, & lætis felicia campis,  
Mille & regna annos atavis dominata superbis)  
Huc ades, & primum pelagi ne despice munus.

D. x Quic-

z. Amoenissima Neapolivilla altero ab urbe lapide Vesuvium ver-  
sus Pietrabianca à Straboni Talaüs Fluvius, & Urbs in finibus Lu-  
canaoram, Laiis

Quicquid id est: mediis te fluctibus æmula Doris  
 Compellat, campusque sonat latè omnis aquarum.  
 Parva altis & sæpè damus munuscula Divis.  
 Forsitan & tempus veniet ( jam retia, & hamos  
 Liquimus, & grandi percurrimus æquora puppi )  
 Ut, nostris majora ausis molimina Musis,  
 Bella canam, & palmas, cum primo Oriente subacto,  
 Cæsar in Euphratem viætricia dirigat arma,  
 Ut pius injusto jam Numinis eximat Urnam  
 Servitio, & sacras sistat se vîctor ad aras :  
 Tûque operis tanti in partem, partemque triumphi  
 Dux aderis, magnique comes tu Cæsar is ibis:  
 Tunc ego te summis Heroibus, & magnis Diis  
 Laudibus æquabo, tollamque in fæcula nomen.  
 Sume hoc interea, Martisque accingere in arma.

At tu, qui Superos inter spatiaris Olympo,  
 SABERIDE, mihi dexter ades: tu dius Apollo  
 Magnam Vati animam, & divini carminis œstrum  
 Inspira; nostrisque volens allabere cœptis.  
 Nam te, nec fallor, magnarum Numen aquarum,  
 Rectoremque maris, tempestatumque potentem  
 Gangaridæ <sup>1</sup> quondam dixere, & creditus Indis  
 Oceani immensi magnus Deus, humida parent  
 Neptuni cui regna, vagique per aëra nimbi,  
 Et se pacato submittunt murmure venti.  
 Sed quamvis (tibi mentitum non fingimus ultrè  
 Numen, & immeritos aris adolemus honores )  
 Non deus Oceani, verùm tibi gurgitis alti  
 Imperium Pater Omnipotens dedit, ut tua nautæ  
 Numina ritè colant: placidos tu tollere nutu,  
 Turbatosque potes nutu componere fluctus.  
 Ergo age, & innubi quoniam lux aurea celo  
 Jam nitet, & Zephyris crispantur molliter undæ,  
 Audaces tu pande sinus, dextraque potenti  
 Tu dubio cursum pelago, clavumque gubernas.

Principiò nautis sylvæ delectus habendus,  
 Undè abies viduata comis, nudataque fagus,  
 Ulmique, & cæsa veniant ad litora pinus.

Pri-

<sup>1</sup> Indiæ populi circa Gangem fluvium incolentes, Regno dæ  
 Bengalæ.

Primus & hic illis labor impendendus, & omnes  
 Sacrorum saltus nemorum lustrare necesse est.  
 Hic & sylvarum sobolem legisse potentem,  
 Et Martis sortem, & casus sufferre marinos:  
 Nec labor incassum tantus cadet, ire sonantis  
 Aut opus Ægæi per cœrula, perque tumentem  
 Euxinum, aut i clausum fulcandum navibus æquor;  
 Sive per externas oras, audacibus ausis,  
 Oceano errandum, latè qui panditur ingens  
 Herculeas ultrâ metas, seque per omnes  
 In sinuat torrente plagas, quâ surgit Eoo  
 Phœbus, & Hesperio rediens lavat amne quadrigas.  
 Nam si materiem texendis navibus aptam  
 Legeris, atque data fabricaveris arte carinas,  
 Deduces celerem securus in æquora puppim,  
 Ac latus Zephyro committes vela vocanti.  
 Non te nimbofero terrebunt turbine venti,  
 Nec tumidum veniens glomeratis fluctibus æquor  
 Vertice ab undoso, rapidas animosa procellas,  
 Nimbosque, pelagique minas pulsabit, & Euti  
 Illa, coronatas opponens pulsibus alnos,  
 Idæas soboles, Alpinaque pignora. Ceu arx  
 Duro imposta jugo, duraque è rupe reciso,  
 Plutima quadrato surgunt cui mœnia saxo,  
 Quam crebris aries ærata cuspidé pulsat  
 Ictibus, alatoque petunt tormenta metallos;  
 Verberat invictos iteratò machina muros,  
 Atque explosa cavo pila ferrea sibilat ære.  
 Stat contrâ hæc duris eludit rupibus iætus;  
 Nec timet horrificis tormenta sonantia bombis;  
 Sic & robustode robore texta carina,  
 Non nisi spumosum multis post cursibus æquor  
 Emensa, & pelagi varios experta labores,  
 Et seros obitus, longæaque Fata videbit.  
 Quid tibi si sylvæ nullus delectus, & omnes  
 Imbelles nemorum populos admoveris undis,  
 Accipe: non multis (juvat hæc meminisse) docebo.  
 Cùm tibi cœruleus suprà caput æthere ab alto

*Arborum  
delectus  
quam sis  
lit.*

*Neglecto  
verò quæ  
maximus.*

D . 3                  In-

<sup>1.</sup> Sic Cæsar vocat Mediterraneum mare, quod & conclusum, & inclusum nos etiam vocamus.

Incederit nimbus, missaque à carcere venti  
Compactam fragili feriant de robore navis,  
Dilacerent velum, quatiant latus impete multo,  
Et validis obvertant flaminibus antennas:

Hæc primò vitium faciet; sensimque patentes  
Incipiet laxare sinus, timisque fatiscet.  
In latus hinc prona incumber: concussoque ponto  
Scindentur transtra, & laterum compage soluta,  
Fluctibus infelix ibit data præda marinis.  
Non secus, incocta tenui quas arte bubulci  
Argilla fecere, casæ, cùm plurimus imber  
Decidit, & plenis undarunt æquora roris,  
Accipiunt testis imbre, subterque ruentum  
Vix fragili cursus fluviotum patiente sistunt.  
Paulatim incocta latetes laxantur, & undis  
Dant aditum: sensim moles ruitura fatiscit.  
Cùm tandem è summo labentia culmine testa  
Naufragio jastantur humi: de vertice pastor  
Ejectas videt ire casas, sua tegna, per undas.

Sed jani tempus equum pulsu stimulare ferunt,  
Implicitaque errore vias superate ferendo,  
Ergo age, tantisper pelago, portuque relicto,  
Ne pigeat factos nemorum penetrare recessus;  
Quæque sit apta rati, vel quæ sit inutilis arbos,  
Et quo conveniat eœli sub sydere truncos  
Frondifera nudare coma, & radicibus altis  
Noscere, quo rigidas valeas inferre secures.

Est mons Ausonia in magna, quæ Martia Tellus

*sile Mōris, & sylva,*  
*etq; ea A-*  
*ptinisi pars,*  
*que Concen-*  
*tia Orion-*  
*tem versus*  
*extenditur,*  
*descriptio.*

Hybernum ad Solem, & mollem se fundit ad Austum:  
Hinc quæ purpureo Solem primo excipit ortu,  
Ionio disclusa mati stat Græcia Tellus;  
Hinc quæ Tyrrenum Siculi per claustra Pelori  
Ioniis miscetur aquis, Vulcania regna,  
Æoliasque domos, & totam à vertice spectat  
Trinacriam, antiquo montem cognominé Silam  
Romani, & Graii patiter dixerunt vocantes.  
Hic nemus umbrosum, atq; ingens, sylva hortida mōre  
Occupat, & nigra dorso latè incubat umbra.  
Hic mille in cœlum tollunt capita ardua pinis;  
Et totidem ramis circum frondentibus alni

**A**sturgunt turticæ, & nubila vertice lambunt  
 Quæ sitæque nuces saxorum grandine multa  
 Ingræam præbent pecoti, & pastoribus umbram.  
 Hic mille expansis pandunt sese undique ramis  
 Castaneæ, & magnæ laxant sua brachia quercus,  
 plurima & argutis agitatur frondibus ulmus,  
 Et fagus, camposque abies cursura marinos:  
 Cerrique, platanique, altæque in montibus ornit  
 Atque alix: neque enim verbis percurrere refert  
 Quotquot Sila ferat truncos, latissima sylva.

Nunc ego (sub montes quoniam penetravimus altos,  
 Provida ubi sylvas longè Natura locavit,  
 Ut pelagi casus averteret: attamen ipsa  
 Semper avara famæ hominum, & solertia major  
 Evicere, & itum in montes, in aubila & usque est)  
 Quæ meliora probes, quorum est communior usus:  
 Quæque mari sint apta magis, ventisque ferendis,  
 Et robustæ solo veniant, non carmine multo  
 Edoceam, nec te per longa exordia ducam.

Est autem varius, cultusque, habitusque locorum,  
 Atque usus: Non omnis enim fert omnia sylva;  
 Non studium cunctis, nec amor mortalibus unus  
 Inditus. Ignotis qui primi fluctibus Argo  
 (Magnum opus) & parvo vitam committere ligno  
 Sunt ausi, sacro Dodonaë è vertice fagum

Accisam vexete mari: fagoque volantî  
 Ægæum seeuete fretum; & medium Hellespontum  
 Transvecti, externas tetigerunt Phasidis oras.  
 Umbrosi nemora Assyrii populantur Amanie  
 Hic & odoratam cedunt de rupe cypressum.  
 Phœnices Libani rapiunt à culmine cedrum,  
 Et Syrus, & quicunque colunt plana æquora Idumess.  
 Atque Terapnæi gens fortunata Canopî  
 Vela cedro imposuere, marique dedere parenti.  
 Callus amat fagos, & puppes insetit ulmis:  
 Et proram, & dura geminas facit abiecte costas.  
 Ardennam, & gelida nudat nemora alta sub Arceo  
 Belga ferox, & qui dispersa mapalia quondam  
 Incoluere humiles Batavi, vicinaque circum  
 Litora piscatu victimi de more petebant:

*Apollonius  
4. Argos*

*Plin. lib. 36  
cap. 4*

Nunc re,nunc opibus multis, luxuque superbii  
 Regna tenent, & jam magni crevere sub ipsis  
 Principiis, clari bello , & vicitribus armis:  
 Nam quiequid pelagi veniens Sol lustrat Eous,  
 Quicquid & Hesperius, curru fugiente, relinquit  
 Clasibus & pariter lustrant ingentibus ipsis.  
 (Sic fluxas Fortuna hominum res undique versat  
 Nunc surgunt humiles in regna, ruuntque potentes  
 Verticibus rerum ex altis:nunc ordine verso  
 Præcipites summo labuntur culmine primis  
 Rursus & alta illi rerum fastigia tangunt)  
 Verum lecta manus, quæ prima è litore Ibero  
 Solvit, & Oceanum magnis percurrere velis  
 Ausa fuit, fatisque novum monstrantibus Orbem  
 Detexit, vicitque armis vicitribus omnem,  
 Alta Pyrenzos ducit per cœrula saltus.  
 Divisi rapiunt Caledonia lustra Britanni,  
 Idam Bithyni, Græcifelia Tempe.  
 Mænaliū scandunt nemus Arcades, aut Erimanthi,  
 Argutasque petunt pinus, populantur Athenæ  
 Fatidicam Cyrrham, & colles sectantur Hymeti.  
 Annosam Venetus fagum venatur, & alnum  
 Rupibus Alpinis, canentem fronte nivali  
 Cedit & Afer inops operosa Atlanta securi.  
 Romani rerum domini, qui classibus olim  
 Conclusam domuere Thetin, Pontumque sonantem,  
 Ægæumque furens, spumosaque cornua vinclum  
 Oceanum traxere aitæ ad Capitolia Romæ,  
 Et Sila pinum, & fagum petiere comantem;  
 Velleruntque omnem è radicibus Apenninum,  
 Ergo age, terrarum dominos imitare potentes:  
 Et quod te mecum præruptaper avia montis  
 Cornipides hausti cursu duxere virarentem  
 In Silam, truncos ponendis navibus aptos  
 Findito (materiam eibi plurima sylva ministrat)  
 Quique apti ratibus, paucis, adverte, docebo.

*Que arbores caudebat.*

Prima tibi pinus rigida gemat ita securi,  
 Atque umbrosa ruat scissis radicibus alnus:  
 Adde ulmos, cæsoque cadat de cespite cerrus.  
 Nigras cæde nuces: nucibusque aplustria sunt.

**Ipsa sed in primis abies, annosaque fagus**  
 In partem veniant operis; neu cædere molles  
 Cures castaneas, multum aut querceta fatiges;  
 Castaneæ fragiles, quercus nodosa lacertos:  
 Umbrosis aptæ frondescere montibus ambæ,  
 Pascere & autumno pingui pecus ubere bacca:  
 At non Oceanum sulcare, in fontibus alta  
 Non te frondosa delebet populus umbra;  
 Nam levis est arbos, & abundat plurima succo.  
 Una tamen longis cædenda est optima malis,  
 Quæ <sup>r</sup> Lupias se propter Aquas agit æmula pinis,  
 Phœnices cedrum, & Syriae laudato cupressum;  
 E nostris fructus petito. Parnasia laurus  
 Semper fronde sacra tollat se lata sub auras,  
 Ut sua divini præcingant tempora vates,  
 Et clari quoque victores sua mitte feracem  
 Sætari cerasum, & mitem sine crescere malum;  
 Non obliqua petas: quæ recta in luminis auras  
 Tolluntur, legit, truncoque impone bipennem.  
 Parce manu teneram ab radice evellere sylvam,  
 Navita; venturos expectat sera nepotes  
 Illa, coronato cum vertice surget in auras.  
 Quæ multos sensere æstus, quæ frigora multa,  
 Succidas. Quid plura canam? Te multa docebit  
 Longa dies: variisque tibi nova suggestet usus.

Verum age, delectas cœli quo sydere plantas,  
 Et quo conveniat sub Lunæ accidere vultu,  
 Accipe: tu Lunæ vultus numerare memento.  
 Illa regit sylvas: illi nemora horrida parent;  
 Illa & luce vaga plantarum temperat ævum,  
 Atque illis succum, & vitales sufficit auras.  
 Ac velut equoreæ pinguescunt ubera conchæ  
 Lacæ novo, rutilos cùm Luna impleverit orbes:  
 Tunc plenis turgent radiis, & lumine læto  
 Luxuriant: verum rediens si proxima Phœbo  
 Occuluit vultum, & totos contraxerit ignes,  
 Sufficiunt tenues succos: vix lucidus humor  
 In matris gremio, Luna fugiente, resulget.  
 Non aliter plantis humorum subripit orbe

Planta Lu-  
na imperio  
subiecta.

Lu-

<sup>r</sup> Aque lupæ, vicus Hispanie Quædalupe, & annis ejusdem nominis, quem proceræ populi innumerant, malisq[ue] iuaserint.

Luna novo, rursusque illum jam plena remittit.  
Nanque etiam sylvae norunt dispensia Lunæ.

**Quo tempore**  
**cadenda ar-**  
**bores.**

Sed tibi Signiferi quanam sub sede rubentis,  
E qua Lunæ ætate nemus populeris opacum;  
Dicam equidem; nec te dubium, Palinure, tenebo.

**Ianna-**  
**vio in luna**  
**flentio op-**  
**tima cadi-**  
**sor mate-**  
**ries.**

Extremum Ægoceri rediens cum liquerit orbem  
Phœbus, & adverso surgens Canis emicat astro,  
Tertia si raris per cœlum cornibus ibit  
Syderio comitata choro Latonia Virgo,  
Tunc tibi nubifero nutare à vertice fagus  
Incipiat; latè ferro pineta laborent.

**In plenila-**  
**nio non ita.**

Nulla quies operi : cædendis optimus altis  
Arboribus est ille dies, qui deinde sequuntur  
Dividuum ad mensem, quo toto effulserit orbe,  
Felicem sylvis sobolem, sed navibus aptam  
Non tibi materiem præstabunt; ubere pleno  
Humorem nimium plantis, succumque ministrante,  
Agricolæ tunc jure finant pubescere truncos,  
Queis præstat baccas, lapidosaque carpere cornas  
Tu ne cede operi, aut nimio frangare labore,  
Donec lecta ruat frondoso à vertice sylva.

Verùm si gelidas hyemes præverterit annus,  
Et cani montes magna sub mole pruinæ  
Deptæ cervice gemant, atque obtuta passim  
Semia, & oppletæ stipentur ab aggete valles,  
Ac, lymphæ torpente gelu, stet saxeus humor,  
Tunc Boreæ furiis spatiis disclusus inquis,  
Pone animo cutam sylvæ, Palinure, nec altos  
Perque nives gelidas, perque horrida culmina truncos  
Sectare, infestæ prohibent dum frigora brumæ.  
Et diffire motas opus est, & cedere Fato.

**Altæ si-**  
**te descrip-**  
**sia.**

Ait ubijam Virgo os terris ostendit honestum  
Erigone, cum lance pari Sol dividit orbem  
Signorum, tantumque polo latet abditus imo,  
Arcteo quantum rediens micat aureus axe,  
Litore deserto summos pete, navitatæ montes,  
Nubiferi quæ Sila jugum tegit Apennini  
Arboribus densis. Sublimi in vertice montis  
Planities extensa jacet, latèque sub ortum  
Excurrit, fœcunda solo, nemorosaque sylvis,  
Latæ situ aptico, & vitreis lœtissima rivis.

CUM

Cùm ecclimetas ardentis Scorpius astro  
 Jam tenet, & vacua descendit Aquarius utra,  
 Ut diræ cessere hyemes, ceciditque nivosa  
 Canities, tunc terra novo pubescere fætu  
 Incipit, & tenero vestit se germine cāpus:  
 Seque aperit sylva, & lato de cortice gemmas  
 Fundit odoratas, sequitur citò deciduus flos:  
 Excipiunt flores citò poma, & præcoce partu  
 Compensat Pomona moras. Jam vertice pleno  
 Flavescit matura Ceres: jam serus Iacchus  
 Rore novo gestit. Calabris in saltibus alter  
 Non locus est pingui fecundior ubere glebas,  
 Aut mons assurgit nemotosa ditionis umbra,  
 Vel magis irriguus: centum de vertice montis  
 Præcipites rauco labuntur murmure fontes:  
 Et circùm satà lœta rigant, & amœna vireta.  
 Hic ubi te fessum recreavit Sila sub umbris,  
 Et fontes, geniusque loci, cùm Luna revertens  
 Incipiet primùm radio falcata bicorni  
 In longùm proferre diem, Palinure, comantes  
 Ezde trabes nam siccâ sinum tunc arida Tellus  
 Parciùs è gremio plantis alimenta ministrat.

At si nimbosus Mauris de finibus Auster  
 Irruerit, subitisque nemus concusserit alis,  
 Parce trabi, & truncō rigidas averte secures.  
 Arverò cecidit rauca cùm libilis auræ,  
 Cynthia fraternalis & jam fugit æmulæ bigas,  
 Velle solo plantas, ramosque recide feraces.  
 Tandem (me doctum multa experientia fecit)  
 Illa abies nautæ votis respondet avari,  
 Quæ, cùm nodosis tenuis radicibus humor  
 Sufficitur, nec jugis aqua illam, afflantibus Austris,  
 Humectat, matris gremio concisa bipenni  
 Congemuit, magnumque dedit convulsa fragorem;  
 Illius æratæ multum vixere carinæ.

Sed neque materiam subitus denudet, & ulmos  
 Ire novam in formam jubeat fabricator: at illas  
 Torreat ignito geminus Sol sydere Canceris.  
 Sic omne excoquitor vitium: sic cortice multus  
 Succus abit pingui; atque exudat inutilis humor.  
 Nam seculis ille labor formaris puppibus instat;

*Autumno  
tempesiva  
etiam ut-  
vis mate-  
ries.*

*Nov eadem  
da arboris,  
Austro per  
flante.*

*Austi quæ  
est transi-  
in navis  
apertur &  
ad Solt ex-  
ponendi, ut  
superfluous  
humor ex-  
ter.*

Carm

Cum jam materia incoctis arescere truncis  
Incipit, & sensim pinus se contrahit in se,  
Pandit aquis tunc illa vias; & cœca relaxat  
Spiramenta sinu; ruptis hinc nexibus alni  
Neptunum accipiunt gremio, rimisque dehiscunt.

Altus ubi cœlo tollit se fronte nivosa  
Ismarus, & rauci labuntur Strymonis undæ.  
Barbara gens habitat cultu, quæ Caspia quondam  
Clastra pharetratis irrupti curribus, & se  
Per latos Afix campos, perque arva sonantis  
Intulit Euphratis viætrix, populosque feroces  
Contundens, tristi complevit funere regna.  
Hinc Asiz postquam domitrix, atque effera bellis  
Helleponiaci fauces pervenit Abydi,  
Nostris, ò pudor! & vili mercede paratis  
(Non res Romanæ, non tot labentia regna,  
Non & religio gentes permovit avaras)  
Navibus Europam transvecta, potentibus armis.  
Discordes animis populos, & regna subegit:

*Taciturnus  
vistum in  
formandis  
meuibus.*

Fixitque imperii sedes, ubi mille per annos  
Viætrices Aquilæ spectatæ, atque arma Quirini.  
Hi, quæ frondosi vertex assurgit Olymphi,  
Non certo Lunæ vultu, non sydere certo  
(Mira quidem: nam rite colit gens barbara Lunam)  
Antiquam invadunt sylvam, nigra regna ferarum.  
Exemplò viridi vellunt de cespite truncos,  
Cæsariemque citi tondent, raptimque tepentes  
Dilacerant artus ferro: ferit ille bipenni  
Annosam fagum: succisam hic cortice nudat:  
Hic pinus in frusta secat: vix lœvigat ille  
Scabritiem primam tabulæ: cavat ille carinam  
Præceps: ærata munit hic cuspidè rostrum.  
Ocyus appingunt costas, & transtra reponunt.  
Haud mora, præcipitat fese labor: æquora puppes  
Accipiunt: medio spectat se gurgite sylva,  
Miraturque novas formas, & non sua vela.  
*Heliodorus  
in Ethiopia  
pictus, &  
Achilles  
Tatius in  
Leucippe.*

Quales Niliaci circum per stagna Canopi  
Flumineas habitare casas, & vivere rapto  
Sueti prædones, si quando gurgite ab alto  
Speculayere procul specula properare carinam,  
Præcipites in stagna volant, rapiuntque cavitam

Vim sylvæ, rapiuntque arma, & se viribus aptant:  
 Impelluntque leves cymbas, atque ostia complent,  
 Hic postquam taciti latuere crepidine ripæ,  
 Ut fluvio spectant vicinam appellere puppim,  
 Et rumpunt latebris: segnem, & nil tale timentem  
 Invadunt navim, & stridoribus aëra complent.  
 Confertique ruunt, rapiunt, perduntque vicissim  
 Omnia, & aggestas vestant ad litora prædas.

Non sic, ignotum qui sulcavere carinis  
 Oceanum, & longè terras petiere reposas;  
 Quippè altis primùm venati in montibus alnos,  
 Pinusque, & patulas annoso robore fagos:  
 Inde & sub gemino domuerunt sydere Caneris;  
 Multus ut ex illis, crassusque excederet humor,  
 Hinc & solerti fecerunt arte carinas,  
 Victores quibus Oceani spumantia regna  
 Sub juga, & indomitos potuerunt mittere fluctus.  
 Quin etiam ratis una (quod & ventura nepotum  
 Atollet semper, semper mirabitur ætas)  
 Immenso potuit gyro circumdare mundum,  
 Ac totum Oceani transmittere cursibus æquor.  
 Litore ab occiduo primùm ratis æmula Solis  
 Solvit, & ingentem velis percurrit Atlantem;  
 Inque novum devecta, Notis spirantibus, Orben,  
 Ausa fretum ignotum tentare, & consita saxis  
 Äquora navifragis, hinc, & felicibus ausis,  
 Per mare i Pacificum victrix pervenit Eoum;  
 Hic Seres latè, nigros lustravit & Indos,  
 Et Persas, Arabesque: Erythræaque cœrula præter  
 In Libyam venit, vacuumque invecta per axem,  
 Horrendum ventis, & fluctibus, atque procellis  
 Aeronoton & superavit: & inde reducta sub Arcton  
 Claustra triumphatrix subiit felicia portus.  
 Laudibus æternis, & cœlo digna carina,  
 Cui magnum meritò fecit Victoria nomen.  
 Non illa Oceanus fluctus, ventosque sonantes,  
 Nec tempestates timuit, rapidasque procellas.  
 Sed lecto sylvæ de robore, & arte magistra

*Ciruitas  
 Navis Vi-  
 Gloria Fer-  
 dinandi  
 Magellani,  
 qua Hisp-  
 ali solvit  
 anno 1579.  
 Et trienna-  
 li (naviga-  
 tione totum  
 Orlem cir-  
 cumclusa-  
 vlt.*

Tex-

<sup>1</sup> Mar del Sud, Oceanus pars inter Americam, & Orientem.

<sup>2</sup> Sic appellavimus ultimum Africæ promontorium, Bonæ Spei, an-  
 tiquis in eognitum, quod in Africa tendat.

*Arbores  
ess imbr.  
In copia.*

Texta ratis montes viatrix superavit aquarum.

Et ventos. Adèo cæptis insisteret multum est.

Præterea sestat nodosa è cespite sylvam

Non gelidæ videant hyemes, non humidus Auster

Aëre sub rigido, aut campis sternatur apertis.

Nam cùm cæruleas collegerit æthere nubes

Juppiter, & plenos alto demiserit imbre,

Humorem tunc illa biberit, rursusque subactas

Vi Cancri multa non sanas accipie undas.

Arboribus gravis unda nocet: nocet humidus Auster.

Ille etenim pluvio qui fluit plurimus imbre,

Nativum humorē deperdit noxius humor;

Quippè poris aëtes perfundit undique venit;

Atque agit insuans se, plantæque vigorem

Paulatim attenuat: nodos, robustaque molles.

Ossa lues: sic illa & aquis pinguecerit primū.

Incipit, & sensim putris se facta resolvit.

Qualis hydrops malefanus, aquis cùm plurimus undis

Indulxit, tabemque intus concepit aquosam,

Pinguior acorescit membris, & flaccida nervi-

Vis venit: elanguerit vigor, & se se relaxant.

In venis stat cana lues: fuit intus aquæ vis.

Corporis infelix cùm jam compage soluta,

Deserit invisas auras, lucemque diei.

Est sed amica trahi maris unda: porisque subactus

Humor aquæ multa saturus salsedine truncos.

Indurat: medio lapidescit gurgite sylva:

Desuper impoetas moles, & incenia, & arces

Sustinet, & tenetque manet duraç sub undis.

Sic magno claram imperio, & vicitribus armis

Miratur Venetam spumosum in fluctibus urbem

Adriaci instructam, sumptuque, & mole superbam,

Ergo ornos, pinusque Alpino è vertice cætas,

Concisaque simul mittunt sub cætula fagos:

Hinc ubi jam durz longo post tempore in undis

Concrevæ, trahunt alto de gurgite: & inde

Longævas solidò ponunt de robore puppes.

Nunç age, (cæruleas quoniam properamus ad eras).

Qua demum è lucis ingenti corpore moles

Arte trahas, casusque feras speculare matinos,

Expediam: prolixajuvat dispensiasylva;

sum

Sumptusque & multos famulūm vitare labores.  
Est lucus Clanii fontes, & flumina circūm

Monte super viridi, quā se pater Apenninus  
Arrollens lato felices ubere campos

Ambit circuitu longo: propè mēnia Abellæ

Affurgunt: subiecta jugis lētissima Baccho

Planities extensa jacet: procul invia Pœno

Nola coronatis ostentat mēnia campis.

Lucus, Hamadryaduni sedes gratissima, Cancer

igneus è cœlo dum perfurit, & sata propter

Vix torrente strepens tardo pede labitur amnis,

Hic gelidi fontes crebrò de rupe cavata

Distillant, sonitusque cinct per saxa canoros;

Dulcè repercussa in sylvis sonat aura susurro,

Dum molles vario perflant spiramine venti;

Ludit & in tremulis allisus frondibus aér.

Qui Capreas, & sacra colunt delubra Minervæ,

Enariam, Prochytenque, & Surrentina Lyxo,

Delicias vatum, juga lēta, sinusque Dicarchi,

Hæc sacra Naſadum nemora, & juga celsa frequentant,

Ut sibi materiam lembis, parvisque phaselis

Delectis quarant truncis: nam plurima sylvæ,

Nec soboles ingrata mari stant vertice pini,

Stant orni, mediisque virent in vallibus alni.

Dum mihi vernabant prima lanugine malæ,

Cum jam Pierides gratae, & formosus Apollo

Gratus erat, nemora alta Joyis, sedesque beatas

Lustrabam, rurisque Deas venerabat agrestes:

Meque sinu Musæ stringebant: blanda neque ipsa

Pieris indignata meos spernebat amores.

Hic ego præcipites vidi de vertice montis

Subiectam in vallem cæsos demittere truncos

Agricolas: vastas cervici imponere moles,

Aut latis parcunt humeris: incommoda sylvæ,

Implicitæque viæ, sumptusque impendia vitant,

Non tamen obliquos, sed rectos rupibus altis,

Nudatosque coma mittunt, cæsosque lacertos.

Inde boves gemini submittunt fortia sueto

Colla jugo; geminique alii, si corpore præster

Ingenti moies, subeunt, atque ipsa rudenti

Vimineo lecto religatur vertice pinus,

Sylvæ ad  
Clanum  
descriptio.

Quomodo  
truncī in  
litus deve-  
bendi.

Perque jugum funis ductorius orbe plicatur,  
 Inde per æquor iter capiunt, lenteque trahentes  
 Paulatim ad litus magno pineta labore  
 Convestant, loris instant, & verbere multo  
 Agricolæ, pigrosque altis clamoribus urgent.  
 Quos ipse arguta sagi dum stratus in umbra  
 Alpicarem de colle, boves miseratus inertes,  
 Increpito Agricolas dictis, & sistere currum  
 Præcipio : timidi faciunt mandata bubulci.  
 Hinc geminas afferre rotas, quarum ultimus orbis  
 Ingens circuitu, cuneumque, axemq; rotundum,  
 Temonem oblongum, tabulasque, & cætera currus  
 Armamenta, citi agricolæ data iussa facebunt.  
 Tunc geminas hinc, inde rotas axi insero, & altè  
 Mox lignum terebro, cuneumque foramine figo.  
 Nectuntur tabulæ, medioque imponitur axi  
 Oblongus temo, temoni adnectere curvo  
 Cum bobus juga præcipio, truncosque recisos  
 Imponi in medio, librato pondere, curru.  
 Hinc bobus dare lora rudes, & verbere torto  
 Instare agricolas jubeo. mora nulla, juvencis  
 Vix data lora ; citus fertur per compita currus.  
 Ceū cùm vela Notæ crepitanti è puppe magister  
 Laxavit, commota ratis volat ilicet alis,  
 Prona petens maria, & rostro tumida æquora findie.  
 Hæc quondam ad Clanii fontes: nunc addere pauca  
 Est animus; (nam nota vocant ad litora Nymphæ  
 Nereides, longèque sonant navalia plausu )  
 Faginus oblongus temo ; sit cerrinus axis:  
 Ulmea sit rota: sint radii: sed ferrea summa  
 Curvatura rotæ, medium librata bicorni  
 Arbor in axe locum teneat: bobusque relictis,  
 Temoni jungas poscentes fræna jugaless  
 Aptior ad cursum sonipes, volat æquore aperto  
 Promptior, & facilis laxatas audit habenas.

## LIBRI PRIMI.

FINIS.





*F. Solimene In.*

*F. De Louvemont sculp.*



## N A U T I C O R U M

### L I B E R II,

JAM celeri nimiū cursu per opaca locorum  
Fræna reluctantem morsu, stimulisque negantem  
Egimus alipedem : tempus nunc flectere habemas,  
Atque iterum in pontum, jam saltibus ire reliquis.  
Sat Faunis, sylvisque datum. Vos ò ubi nymphæ  
Nereides properate citæ, & pernicibns alis  
Reddite me pelago : finite ut deserta revisam  
Litora, & annosa campingam ex abiete puppes,  
Vos &c, qui ratibus primi freta cæca profundi  
Ausii homines sulcare, vagique errare per undas,  
Pandite : namque illos, Divæ, meminisse potestis:  
Et vatem egregias artes, usumque docete.

Principiò cum rari homines ab origine Mundi  
Incolerent terram, felix gens illa beatum  
Assyriæ nemus, & florentia rura colebat  
Euphratèm circâ, & Tigris felicia Tempe.  
Fortunata, procul bello, & discordibus armis,  
Sponte sua Tellus mortalibus una ferebat  
Sufficiens cunctis alimentum, & fœdere pacto  
Pauci exercebant terram, & lœta arva tenebant.  
Sed postquam primi soboles numerosa parentis  
Paulatim antiqua crevit de stirpe feraci;  
Non satis Assyriæ felicia rura viretis,  
Nec simul hospitium sat erat tot millibus unum.

Hinc cunctis mens una fuit trans flumina terras  
Quærere, & ignotos Mundi penetrare sub axes:  
Eoas alii terfas, ditissima regna,  
Caucasum, & algentes alii venere sub Ursas:  
Pars Tauro infedit: pars Thermodoontis ad undas:  
Pars & odoriferas felici macere sylvas

Quæ occa-  
sione inven-  
ti naves.

Arabia, & tepidum latè se fudit ad Austrum.  
 At, quibus audaces animi, generosaque corda,  
 Ausi cœruleum Thetidōs regnum, & vada cœca  
 Rumpere, & infido prīmī se credere ponto:  
 Quæstas magni terras mercede laboris  
 Excolere, & pretio charos habitare Penates.  
 Nanque ea, quæ multo nobis sunt parta labore,  
 Sunt & grata magis: magis est ex omnibus una  
 Nobilis, intmenis venit quæ palma periclis.  
 Non secūs, angusto cùm jam dimisit ovili  
 Pastor oves, teneraque dedit pecus ire per herbas,  
 Exemplò celeres stricto de carcere caulæ  
 Erumpunt, sparsimque locis funduntur apertis.  
 Hæ vitreos fontes, & odori marginis undas,  
 Et flores, & culta petunt lætissima cursu:  
 Stellatos aliz campos, & dulcia quærunt  
 Pascua: prata aliz, spatioseque rura viretis,  
 Mollis ubi cytisus, nitidusque virescit acanthus.  
 Sed, quibus est animus major, temnuntque pericla;  
 (Nanque etiam teneris animis sua blanda cupidus  
 Laudis inest) colles animosæ, & culmina scandunt;  
 Quæsitosque fuga multa, multoque labore,  
 Delectos celso flores de vertice carpunt.

Tunc primū terris ratis usus; & æquora primū  
 Spectavere rudes truncos nulla arte dolatos  
 Intactis innare fretis. Procul ire per altum  
 Ausi homines ligno exiguo: committitur undis  
 Vita rate in parva, quis crederet? At fuit illa  
 Magna equidem virtus, quamvis temeraria yittus.  
 Audax inventum: sed tanti audacia facti  
 Profuit: æternis celebrandi laudibus illi,  
 Qui pelago avulsas sociarunt pupibus oras,  
 Et super alta levem straverunt cœrula pontem.

Non tamen ignoti (felici audacia casu  
 Paulatim ex primo crevit, majorque secundo  
 Venit, & exhaustis animi crevere periclis)  
 Itur in abruptum pelagi: secuere propinqua  
 Litoribus vada tuta, brevi quæ Nereus æstu  
 Fluquat undosus, patris discedere longè  
 E terris primū, & medium tentare profundum

(Sen.)

*Ter. liora  
 primam in-  
 ientia  
 navigatio.*

(*Sentit & ipsa suos audacia, cæca timores*)  
 Non ausi : molles radebat palmula ripas,  
 Non secūs aëtii , cùm jani pübescere pulli  
 Incipiunt, teneræque alis succrescere plumæ,  
 Per nidos volitant circum, ramisque recursant:  
 Non audent pavidi nativas linquere sedes:  
 Credere se cœlo, & primo petere astra volatu.

Hæc rudis ignoto primùm se machina ponto  
 Credidit: hac undis insultavere matinæ  
**Audax Iapetus**, genitiique à stirpe nepotes.  
 Vix firma compage trabes, & fædere certo  
 Fluæibus innabant; verum non tempore longo,  
 Ut cultæ venere artes, ur crevit & usus,  
 Instar montis aquis deducta tumentibus Argo  
 Litore Thermanico, & rigidæ sub montibus Ossa.  
 Hiñc sensim crevere rates: Inventaque prima  
 Ad majora viam fecerunt: crevit & usu  
 Ingenium artificis: conjunctæ nexibus alni;  
 Distinctæque loco tunc sunt, & nomine partes.  
 Extensa est prota, & sensim defecit acutum  
 In rostrum: rostroque fuit ferri addita cuspis.  
 Incurvum latus, & pandæ data forma carinæ:  
 Et gemina in longum sunt transtra, forumq; repositum  
 In medio, & morsu retinacula missa tenaci:  
 Et puppis procera, auroque insignis, & ostro.  
 Sic olim rudis, indigestaque corpore moles,  
 Ingenio artifici, & multo sudata labore,  
 Pulchrior it pelago: & spumantes fortior undas  
 Sustinet, ægæasque hyemes, ventosque sonantes.  
 Alpinis velut ursa jugis, (si vera feruntur)  
 Quam prius informem copnixa in luminis auras  
 Produxit mater, sit pulchrior, & sua membris  
 Paulatim nova forma vñit, speciesque decora.  
 Nam fætum complexa patens (mirabile dictu )  
 Sensim lambendo distinguit mollia membra,  
 In latum ventrem compingit docta, manusque  
 Dividit in digitos, atque unguibus armat ad uncis;  
 Educit de mole caput, collumque rotundat;  
 Hirsutasque genas pingit: sua naribus addit  
 Spiramenta, quibus subducat spiritus auras;

*Iapetus pri-  
mus navi-  
gationis pa-  
rens, unde  
C. Neptu-  
nus dicitur.*

*Argo ad  
Thermanicæ  
litus fabri-  
cata a Iaso  
ne, & Argo-  
panis.*

Atque ori decus, & rutilos inducit honores:  
Naturam compensat amor. (quis nescit amoris  
Ingenium? hoc sensim fœtum formante magistro,  
Exurgit soboles, patrioque simillima vultu )

Tunc verò alipedes dorso sensere carinas  
Æquora, turritas mirata in gurgite moles.  
Centaurus tunc visa mati, rostrataque Pistris  
Scyllaque, Delphinusque, ingenti & mole Chimæra.  
Alta, metu procul, & patria tellure relata,  
Tunc primùm celeres violatunt marmora puppes.  
Aligeræ veluti volucres super ætra lapsæ  
Sydera summa petunt, nido, ramisque relictis,  
Cùm celeres pennæ, & fiducia crevit adultis.  
Sed te ritè modum fabricandæ puppis, & artes  
Egregias, ac mira hominum comperta docebo.

*Navalia  
quonodo, &  
que in  
loco extran-  
da,*

In primis sit cura tibi spectare locandis  
Qui sinus, aut statio fuerit nayalibus apta.  
Optimus ille locus censendus, valle reposa  
Qui jacet, & monti, & nemorosis proximus umbris  
Ne labor annosas deducere montibus ornos  
Improbis agricolas nimiū premat: ille propinquum  
Secura statione sinum, portumve tenebit,  
Qui primum nuda venientem mole carinam  
Accipiat, firmoque ratem tegat obiice faxi.  
Sint circùm fontes, cœli sit grata salubris  
Temperies: sit terra simul pinguissima cultu,  
Ut facilis vietus, sint & sicutientibus undæ,  
Nec famulos lœdat malesana Juppicer aura.  
Accessu facili pateat locus: ipsa reducتو  
Oppotuna situ statio: campoque patenti  
Alta tibi moles faxo fabricanda quadrato  
Porticibus longis, ingentes mole carinas  
Læta quibus secto compingat robore pubes.  
Sint pariter centum exructæ longo ordine cellæ,  
Quæsua solicii fungantur munera fabri.  
At domus interior majori condita sumptu  
Prætorem accipiat, turbæ qui præsidet omni.  
Hic leges dicat: reliqui mandata faceant.  
Non temerè incumbant operi, sed legibus æquis  
Quisque suum conetur opus, rectore sub uno.

Est

**E**st opus, ut reges etiam cum mœnibus arcem  
Ædificant; summis, atque æra tonantia bombis  
Mœnibus imponant: hostiles fulmine pellent  
Illa rates, ne forte ferant navalibus ignem.  
**Q**uin cave, nè furtim jactis recta arida flammis  
Accendantur: iners vel custos molibus ignem  
Exciter. Arcendus siccis navalibus ignis.

Navalia  
arce ma-  
nienda.

Illa alii in mediis magno visenda theatro  
Urbibus ædificant: saxo constructa vetusto.  
Talia Parthenope jactat navalia Siren.

Est locus in media fama notissimus urbe,  
Quem navale vocant, vitrei Crateris ad undas.  
Amplis porticibus, domibusque amplissima centum  
Assurgit Cœlo moles. stat proxima colle  
Magnifico sumptu, & regali splendida luxu  
Regia: stant niveo circùm de marmore fontes,  
Artis mirum opus, & monimentum nobile seclis  
Spectandum: placido lymphas jaculantur ad astra  
Ore fetæ, pictosque premit delphinias Arion,  
Et fluctu saliente, ciet vagam murmura, & ipsi  
Marmorei rugiunt, unda fugiente, leones.  
Est & sylva manu navalia confita propter,  
Optatam factura comis frondentibus umbram,  
Sirius ardenti cœlo dum perfurit æstu.  
Eoum ad Solem statio benè fida carinis  
Angusto conclusa sinu jacet: altera longè  
Stat moles iniecta mari, sumptuque superba.  
Fluctibus immissi montes, rupeisque resectæ  
Alatum accipiunt Libycum, franguntq; ruentem.  
Intùs tuta filet placidè Thetis: altaque cœlo  
In medio assurgit cum mœnibus aëris arx.  
Mille fabri, & famuli totidem navalibus adsunt  
Soliciti, & celeres componunt abiecte currus:  
Quisque Ducas dicto parens data munera fortis  
Impiger exercet. Serra pars dividit alnos:  
Pars dolat ignavos truncos, primamque retonderet  
Scabritiem ligni: sectas pars lavigat ulmos.  
Compingunt alii costas, aliquique carinam  
Incurvant: alii proram cum cuspide noctunt.  
Pars studet & variis puppes animare figuris:

Navalis  
Neopolita-  
ni descrip-  
tio;

Arte laboratas puppes pars cælat in auro:  
 Pars acuit clavos, & ferrum forcipe versat.  
 Hic commissuras lino replet, & pice molli  
 Vulnera concludit: tabulas pars jungit hiantes.  
 Illi onera accipiunt venientium, & sedibus altis  
 Imponunt: hic vela suit, torrosque rudentes  
 Implicat: antennas illi, malosque laborant.  
 Fervet opus: piæque micant in litore puppes.  
 Quales Cecropiæ volucres:estate laborem  
 Exercent (si magna licet componere pârvis)  
 Purpureis aliæ frâgrantes floribus hortos  
 Invadunt, camposque aliæ populantur odorus,  
 Et pinguem tondent tiliam, casiamque rubentem,  
 Cæruleumque crocum, & ferrugineos hyacinthos:  
 Mella legunt aliæ, teneroque è cortice ceram,  
 Et lentum rapiunt gluten, queis cerea finguunt  
 Regna: favis aliæ constipant dulcia mella:  
 Fasce levant aliæ venientes, furtaque Veris  
 Accipiunt, et isque locant: sic fœdere pacto,  
 Experiuntur opus, fabricantque è nectare cellas.

Præterea quicunque ratem meditaris, oportet,  
 Ut primum siccо describas cortice puppim.  
 Ac veluti turres, & celsa palatia fabri,

*Navis*  
*graphis, sù*  
*forma*  
*prima in*  
*papyro ex-*  
*bibenda.*

Atque novum molitur opus cum sedulus ipse  
 Parthenius, primum inscribunt facienda papyro:  
 Exemplumque operis digito, ingenioque magistro:  
 Ante oculos plumbō ponunt, præbentque videndum:  
 Artificem ne forte operis pars ulla futuri  
 Prætereat, sic ante ratem describere plumbō  
 Est opus in tenui membrana, operisque futuri  
 Exemplum, cui rectè operis mox singula quadrent.  
 Nunc ago, præcipuas artes tibi carmine dicam.

Sunt autem variæ fabricandis navibus artes,  
 Et varium quoque pro cultu, ingenioque locorum  
 Illarum genus est, variisque aptantur ad usus.  
 Nam fluviis aliæ sternuntur, & inter inertes  
 Solicitant, vada pigra, lacus, turpesque paludes:  
 Curva errant aliæ per litora: cærulea at illæ  
 Alta petunt, rostroque maris tumida æquora findunt.  
 Haec tonsis vada lenta secant: haec carbasa ventis

Co.

*Variæ na-*  
*vium spe-*  
*cies.*

Commitunt: aliae velo, remoque volantes  
Corripiunt maria, & campis spatiantur apertis.  
Transvestant aliae pretiosas gurgite gazas:  
Sed rigidos aliae belli formantur ad usus.

Linter amat fluvios, & inertes Cymba paludes:  
Alveus in stagnis, per litora curva Phaselus:  
Undosique lacus alnos portare cavatas  
Consuevere, Ratesque fretum arripuerer volentes:  
Rostratas conclusa Thetis petit æquore puppes,  
Pontus, & Ægæum, & Siculi maris unda Triremes,  
Illas trans Gades, pelagiique in gurgite vasto  
Respuer Oceanus, turritaque fluëibus altis  
Navigia, & magno patitur vix corpore <sup>1</sup> Gaulos.

Diversi lo-  
cir, diverse  
naves apie

Est varium & gentis studium, ingeniumque vicissimi.  
Gaudent Campani celeres agitare Phaselos:  
His alacres Tyrrhena secant vada, laxaque circum  
Litora, & apricos colles, & ruta peterrant.  
Velocem Nereo Lembum dedit uita Cyrene,  
Celocemque Rhodus: Phoenices in æqua Cymbam  
Misere, & Cannæ pelagus fregere Micipse:  
Assuta veteres sulcatunt Pelle Britanni:  
Pelle etiam, quotquot rigidis tenet Ursa sub oris,  
Marmora cana legunt: & sutilis orbe rotundo  
Euphratem irrumpit venientem gurgite Linter.  
Fertur & Ægypti regnatrix barbara Memphis  
Argilla fecisse ratem, testamque cavatam  
Suscepit medio miratus flumine Nilus,  
Flumineam biblum, & niveam junxere papyrum  
Prædones, qui stagna colunt torpentina Nili.

Varia in  
fabricandis  
navibus ho-  
minum stu-  
dia, & in-  
venientia.

Quique Erythræa tenent vada laxa, rubentibus undis,  
Artibus inventam patriis misere Biremem.  
Insignes aura, ut perhibent, ostroque Triremea  
Cæruleis admovit aquis ganerosa Corinthus.  
Constratas verd Thasii fecere carinas,  
Magnum opus, & duro fortissima machina bello.  
Illyris Adriaco celeres agit ora Liburnas:  
Ionum, Siculumque rapit, gens Itala pictas  
Penteres <sup>2</sup> in bella trahit per cætula puppes:

Sutilis ex-  
pelle navis  
Ex argilla  
in Ægypto,  
Et ex Pa-  
pyro.

Constratae,  
fuscellæ  
naves.

<sup>1</sup> Etsi Gaulus ab antiquis pro navi oneraria accipiatur, nos pro Gaulis eas naves accipimus, quas Hispani Galeones appellant.

<sup>2</sup> Quinq; remes, in quibus quinq; remiges singulis remis inserviant.

Illas Hispani pariter, Gallique togati  
 Aedificant: illos imitata est barbara Thrace.  
 Trans Calpen, extrema colunt quæ litora gentes  
 Oceani ad fontes, alato flamine currus  
 Ingentes agitant: his dorso turribus altum  
 Impositis Atlanta domant, franguntque ruentem.

His animadversis, certas præscribere leges

*Navis fæ. bricanda modus.* Aggredior. Postquam plumbo, miniove rubenti,  
 Exiguam in sicco pinxisti cortice puppim,  
 Et partes omnes, atque intervalla notasti,  
 Ingentem in primis opus est, Palinure quadratam  
 Sternere humi 1 fagum, aut pinum, pedibusque duobus  
 Sexaginta super quæ sit tibi longa; sed alta  
 Bis septem assurgat digitis, denisque patescat,  
 Penterem si fortiè velis fabricare, vel ingens  
 Navigium: quæ prora venit, pandam insere, 2 fagum,  
 Adde 2, aliam quæ puppis erit: sed & utraque fagus  
 Viginti sit longa pedes, si cura tritemem  
 Moliti: magnæ verùm fundamina puppis  
 Sijacias, obliqua cadat rectissima fagus  
 Postera, quæ puppis faciat primordia quadræ.

*Navis  
longitude  
quanta eſt  
debeat.* At si majores pelago deducere naves,  
 Forte cupis, majora solo tunc prima locato  
 Fundamenta: (Operis fundamina prima futuri  
 Qui majora jacit, majus consurgere in altum  
 Cernet opus: Sequitur moles exordia prima)  
 Sic centum super inflexam jussere carinam  
 Ire pedes alii: bis senos insuper olli  
 Addere consuerunt illi, qui corpore gaulos  
 Ingenti fabricant, vastum quibus æquor arandum  
 Oceanis: at terris conclusum qui mare fulcant,  
 Non tam magna locant fundamina prima carinæ.  
 Sexaginta, quibus vectoria ponitur: at qui  
 Celoces agitant velis, celeresque liburnas,  
 Quadraginta trabem sternunt de more repandam.  
 Hinc, & digressus, 3 costas adneſte carinæ.

Et

<sup>1</sup> Pro Catina. Itali *Carena*. Gallis *Quilla*. <sup>2</sup> Dyoehi, carinae  
 partes, quæ in proram, & puppim curvantur, quæ ad proram Italij  
*Rosa di prora*: Gallis *Eftale*: altera, *Rosa di poppa*. *Eftambord*  
<sup>3</sup> Italij *Stamenali*: Gallis *Coffie*

Et costas curvo facies de robore certi,  
 Aut fagi : in medio sed curvatura repositis  
 Major erit : magnum verò si texere cures  
 Navigium, latè costas laxabis in orbem.  
 Transversum ascendant, pedibusq; à cespite surgant  
 Bis septem pro navi , altè pro mole carinæ  
 Adde unum: gaulique duos fibi jure reposcunt.  
 Bis senos aliz exoptant, denosque minores,  
 Ut celox, 1 lembusque 2 celer, ratis, atque 3 liburna,  
 Illas, dūm spinæ radiis nectuntur acutis,  
 Subiecti teneant firmo munimine pali.  
 At verò, ut pandæ sociare 4 statumina spinæ  
 Firmius, & totum valeas compingere corpus.  
 Cerrina per longum conjunges 5 ligna carinæ:  
 Quæ tamen extremo tenuem flestantur in orbem:  
 Deinde quibus rigida figenda cuspide costæ.  
 Hinc geminum compinge latus: sylvisque refedis.  
 Ardua velivolæ consurgant mœnia turris.  
 Quæ si terribiles bellii formentur ad usus,  
 E solidis veniant trabibus : sic fortius ictus  
 Excipient, Martemque ferent: non ære canoro  
 Vibrata leves disruptum fulmina truncos,  
 Difficietque latus glans ferrea : mœnibus saltia.  
 Exiguum faciet, trunco obductante, foramen.

Quantum autem in medio puppes laxare cavatas  
 Conveniat, quantum sensim decrescere utrinque,  
 Edoceam. Pentera pedes bis tende novenos.  
 At Galli, Rhodisque duces, qui falsa tritemes  
 Per vada veloces agitant, tres demere ab illis  
 Consuevere: leves as si fabricare biremes.  
 Exoptas, septem pedibus, tunc detrahe primis.  
 Verum si naves, quæ merces gurgite vestant,  
 Aggrediare, duos illis super adde, magister.  
 At quæ terribili veniunt pro munere bellii,  
 Bis senos addunt; sed maxima corpora gault  
 Quadraginta pedes laxari pectora poscunt.  
 E medio incipiunt spatiis decrescere costæ  
 Imparibus, paribusque, petant seu transite recto

*Costarum  
fractura.*

*Naves bel-  
licæ è so-  
lidis tra-  
bibus, &  
crtæ.*

*Quæca  
navium la-  
titudine.*

Au-

<sup>1</sup> *Tartana.* <sup>2</sup> *Fragata,* & *Fusca.* <sup>3</sup> *Morbillana.*  
<sup>4</sup> *Eadem*, ac costæ. <sup>5</sup> Sunt hæc costarum initia, quæ in Oceano,  
 Italiis, & Gallis *Varengues* appellantur, in Mediterraneo *Madere*,

Aurata mappam, aut proram aggrediantur acutam,  
 Naves, que  
 in acutam  
 exuenit pro-  
 ram agili-  
 ter sunt.  
 Tandem ( metoties acti per cœrula cursus,  
 Et casus docuere, exantlatique labores )  
 Illas laudato nimirum, Palinure, carinas,  
 Angusta quæ fronte patent, seque relaxant  
 Non multum in medio, & rostro attenuantur acutos;  
 Sic faciles vento, longisque per æquora remis  
 Tendere iter possunt, dextramque audire magistri,  
 Accelerare fugam, & venientes gurgite ab alto  
 Transversum abruptos montes diffindere aquarum.  
 Non secus ac volucres, gracili quæ corpore præstant.  
 Aëra diffidunt lapsu, celerique volatu  
 Obiectam irrumpti nubem, ventosque laceffunt:

Post ubi compactum steterit latus abiecta multa,  
 Tende trabes: magnumq; trabes super iniice <sup>1</sup> rectū:  
 Et 2 spondas circum succingat zona supremas.  
 Intus prima locum putris sentina tenebit:  
 Hanc suprà conjecta cavo tabulata recessu  
 Proxima succedant: stabitque his sedibus imis,  
 Libratura ratem, fluctu jaçtante, saburra.  
 At super annoso facies de robore celias,  
 Conclusis annona quibus servanda fenestrīs,  
 Atque oleo, laticesque sacri, quadræque tenaces,  
 Atque nitrum, atque pilæ, atq; horrendi copia Mārtis.  
 Ast alibi somno concedant molia membra  
 Delecti proceres, defessaque corpora current.  
 Puppe sub extrema stabit domus ampla, supremi  
 Illa Ducis, circum pīctis ornanda tapetis.

His actis, properè insequitur formanda magistro  
 Altera pars navis, quæ primo à limine spondæ  
 Altior assurgit: Varius fabricantibus offert  
 Se modus hic primū. validas si cura triremes  
 Moliri, è fago, aut cerro, Palinure, resecta  
 Viginti quatuor nestantur in ordine <sup>3</sup>, transtra  
 Ad latus hinc, illinc, geminoque sedilia versu.  
 At si, quam texis, fuerit prætoria puppis,  
 Adde duo: quatuor superaddere barbara Thrace  
 Consuevit: sed mole gravis non apta per undas

Ocyus

<sup>1</sup> La Cova, Gallis Tillec. <sup>2</sup> Orlo della Nave. Galli, le Bord da  
 nuire. <sup>3</sup> Bancbi. Gallis Bane.

Ocyus ire ratis, nec cœrula frangere gyro.

Intames pelagi prædones, Africa nutrit

Barbara quos Tellus, & moribus imbuit atris,

Quique nigras animas nigranti in corpore versant,

Euripedes agitant per cœrula salsa biremes:

Ac gemino versu bini per transtra sedentes

Viginti insurgunt remis, celeresque per undas

Aufugiunt, latè & terras prædantur, & æquor.

Dii superi, infames longè detrudite ab oris

Italiæ, & pelago prædones mergite: Diris

Quos ego: sed cœptas præstat campingere puppes,

In medio protende foros, tabulataq; junge

Afferibus nesis, binos i agearia longa

Accipiant homines: intùs sub fornice cellas

In longùm extende, & tabulis compone politis,

Vela quibus, funesque, & candida lina repones.

Ultima zona latus currat longissima circum

Pinea: perque latus pateant sub margine summo

Spiramenta, quibus venientem à gurgite pontum

Accipiat, reddatque, freto jastante, carina.

Margine & in summo pet cuncta sedilia lignum

Fige teres, qui scalmus erit: religandus & illi

Impulsurus, erit, spumantia marmora remus.

At remum piní facies de robore recto,

Vel fagi, qui tonsus erit, circumque rotundus:

Sed qua parte ferit maris æquor, palmula ligno

Insit acuta, leves quæ dissecet ocyus undas.

Quadraginta pedes & sit tibi longus: at ille

Longior, ingentem pellit qui mole Chimætam

Prætoris: brevior sed, si citet ille biremem.

Sed proræ labor æratæ subit: ergo age, binas

Mole pari turres, quæ Martia tela retundant,

Æraque terrificis sustentent horrida nimbis,

Arboribus sectis, medioque in vertice fige.

Adde ori rostrum, & rostro ferrum infere acutum,

Ardescant auro, atque è murice rostra rubescant.

Hinc procera venit docto ponenda magistro

Puppis, & in puppi varianda aplustria signis.

Dædala puppis erit, puppi cælentur in auro

Afrorum  
biremes,  
vulgè Ga-  
leotte.

Scalps.

Romi.

Protefor-  
munda re-  
tia.

For-

---

i Sunt loca in navi per quæ horrator adremiges accedit. Corfe.

Pottia facta ducum, & patriz decora inclyta gentis.  
 Parthenopæus Hylas Sirenes cælat in auro,  
**AUSTRIA** COS animat Reges, domitosque tyrannos  
 Sub pedibus stratos inscribit, & insuper addit  
 Arma virum, galeasque, & capta insignia regum.  
 E nuce sublustrī facies subsellia longa  
 Hinc, inde: & circūm variis intexta figuris  
 Cælatura humeros exornet, & aurea signa  
 Sint super: Attalicique tegant convexa tapetes.

- Cheniscus.** Quin & barbarico luxu: Cheniscus in alta  
 Cælandus puppi, & minio tingendus, & auro.  
**Forum.** Ante forum protende: Thronumque cacumine fige:  
**Thronus.** Prætor ubi det iussa, ratemque per alta gubernet.  
 Inde coronato consurgat vertice, opacam  
**Pharos** Quæ nitidis noctem vincat & pharos aurea flammis.  
 At medio regis cælata insignia fulvo  
 Sint auro, atque auro prætoris signa nitescant.  
**Gemina in** Qui semota colunt felicis regna Cyambes,  
**Navi pup-** Turrito geminam fecerunt vertice puppim:  
**pis.** Ac nautis gemini pariter dant iussa magistri,  
 Prætereæ geminus formandus puppe sub ipsa  
**Pons ferro** Pons: erit, & lateri ferro versatilis unco  
**Eura.** Adnectendus, aquis demitti, & tollier alto  
 Qui possit, fune extento, rursusque reducto.  
 At si navigium ponis, celeremque liburnam,  
 Ad latus in medio firmos imponere pontes  
 Præcipio: pandumque supra protendere 4 cinctum,  
 E quibus accipiat venientem: Pergula pubem.  
 Insuper his, curva surgit quæ mole carina  
 In medio clavus duplex figatur: aduncus  
 Alter erit, qui salsa petat, circoque rotundo  
 Alter, & incurvum temonem, utrique tenebunt  
 Mole pari: tantum descendat clavus in undas,  
 Cæruleis quantum tollit se fluctibus. At me  
 Nunc majora vocant altæ molimina puppis.

Est

<sup>1</sup> Anserculus, qui puppi præfigitur, ornatus gratia. <sup>2</sup> Panoë, à Lanterna, quarum prætoria tres gestat, legati vero duas, Vicelegati unam. <sup>3</sup> Scala per quam in navim ascendimus.  
<sup>4</sup> Idem, ac Zona, dicitur & subligaculum, quo navis cingitur, ut firmius tabulæ consistant Galli chaines vocant, nostri cordone.  
<sup>5</sup> Eadem, ac Ageat, Corfia.

Est in secessu Adriaci maris, æquore in ipso  
 Urbs augusta, potens armis, regnique superba,  
 Et latè imperio multos dominata per annos.  
 Cui placidis famulatur aquis Neptunus, & altus  
 Adria, & Ionum cum fluctivago Agæo.  
 Et quæ (vera fides: diæ cecinere Sybillæ)  
 Felix æternum terris durabit, & omnis  
 Adriaci maris imperium sinè fine tenebit,  
 Italiæ decus alnum, & libertatis avitæ  
 Reliquæ, & prisci quicquid jam restat honoris.  
 Illa etenim afflictis melius confidere rebus  
 Dat fractam Ausoniam: Superum pietate relata  
 Præsidio misera: nam sæpè potentibus armis,  
 Instantes jugulo Mauros avertit iniquos,  
 Immites pepulit Thraces: fregitque tyrannum  
 Auroræ, & viçtum retrò dare terga coégit.  
 Illa & justa animo rursus nunc concipit arma,  
 Pontificis Magni jussu, monituque Deorum:  
 Scilicet Europa, totoque Oriente tyrannum,  
 Atque Scythes fugit immanes, & fortibus armis,  
 Conetur fluxas Asiar res vertere fundo.

Venetia-  
rū elegiū.

Heptæ-  
texanda  
modus.

Hanc urbem Veneti augustam coluere per annos  
 Mille, tot & populis leges, & jura dedere,  
 Qui magnas ingenti <sup>1</sup> Heptæ corpore longæ  
 Adriaci præter fines duxere sub Ortum  
 Primi, & Neptuni domuere tumentia regna.  
 Has ubi turrita compingere mole tritemes  
 Aggrediere, solo primordia prima carinæ  
 Latius extende, & lato sit corpore pinus.  
 Et costas laxabis, & altius abiecte secta  
 Attolle, & medio major sit mole triremis.  
 Adde etiam nova transtra, quibus generosa juventus  
 Sepieni remum impellunt: & longior ille est.  
 Sitque urbi lorica, & proræ in vertice turre  
 Sint geminæ: turrita tibi sit & ardua puppis.  
 Mœnia sed circùm plures sint curva fenestræ,  
 Æra quibus sub Marte tonent, & fulmina vibrant.  
 Tertius è puppi surgens se malus in auras

Re-

<sup>1</sup> Sic appellavimus eas naves, quas Vacæ Galæque vocant; nam septeno remige impelluntur.

*Navis Venetae infinguis ornatus.*

Rectus agat. Sed Major erit tibi cura, magister,  
 Ornandæ minio puppis, nitidisque figuris.  
 Ludentes tremulo delphinis in æquore sculps,  
 Tritonesque cavo pulsantes cœrulea cornu,  
 Et Glaucum, & Proteum cum semifeo comitatu.  
 Ipse vel in medio fulvo cælandus in auro  
 Sylvarum regnator erit, dominusque ferarum  
 Magnanimus LEO, quem latos diffusa per armos  
 Exornet juba, cæsariem mentita comantem:  
 Et geminas armis, erectasque insere pennas.  
 Verum olli in primis fronti generosa superbæ  
 Majestas insit, vivoque in lumine vultus,  
 Ut credant spirare: manuque impone rapaci  
 E chalybe, at gemmis textum fulgentibus ensim,  
 Et subter Fidei, Passique volumina Divi,  
 Quæ servet, Thracique necem, stragemque minetur.  
 At capiti ex auro effinges splendente coronam  
 Eois rutilam baccis, ostroque nitentem.  
 Inde coronæ depicta in vertice puppis  
 Aequatas Astræa gerat justissima lances.  
 Sint & divinæ pulcherrima virginis ora,  
 Atque comæ, flavoque corpore nodentur in auro.  
 Plurima cœruleo vestis fucata colore,  
 Et nitidas sparsum referens argentea stellas,  
 Circumdet, niveique incingant crura cothurni.

*'Navigii stratagems.'*

Sed jam veloces pelagi compingere currus,  
 Vela quibus multo surgentes flamine venti  
 Impellunt: fortes & sunt proxime verti,  
 Aggredior. Primæ surgat de limine spondæ  
 Majori cum mole latus. superiniice testum  
 Testa super: circumque latus succingat utrumque.  
 Zona alia ex fago: sit tertia margine summo.  
 Hinc fabricanda tibi magnæ sunt moenia turris,  
 Quæ Martem accipiant venientem, atq; obiice nauas,  
 Armatosque tegant. circum spiramina muro  
 Tot facies, tormenta velis quot Martia turri  
 Addere, flammivomo turbant quæ sydera aimbo.  
 Viginti gestare sole*væctoria*; sed quæ  
 In bellis casus veniunt, agilesque per undas  
 Mole levifugiunt, prædasque ad litora restant,

Qua-

Quædraginta ferunt: magni sed corporis alni  
 Sexaginta sinu comprehendunt: maxima gauli  
 Mœnia centum etiam crepitantibus æra sub auras  
 Accipiunt bombis, trifidæ Jovis æmula flammæ.  
 In puppi tormenta duo retinacula circùm;  
 Æra locant alijs quatuor longissima, curvo  
 Illa ministrament clavo, clavumque tuenþur.  
 At quæ terribilem bellij texuntur ad usum  
 Terna tenent tabulata; pedes quæ diffita denos  
 Semper erunt: geminus sit mœnibus æreus ordo.  
 Alter & in puppi superadditur: ænea binis  
 Mobilibus tormenta rotis, teretique cylindro  
 Impones: sic ore cavo dum fulmina torquent,  
 Rerò referre pedem facilis via, neve resistat  
 Navigii pars ulla; ruant ne scissa per undas  
 Roboraque, tabulæque, intretq. patentibus æquor  
 Scissuris; puppisque, stero refluente, fatiscat.  
 Mobile quin etiam lignum compinge fenestris  
 Cardinibus super, ut concludier omnia possint  
 Spiramenta, mari turbo cum venit ab alto,  
 Ingeminatque vadis tempestas atra refusis,

Sunt etiam, curvo surgunt quæ corpore, naves,  
 Quas olim dixerè i Dromos cognomine Grai;  
 Nam velis, remoque volant. Maurusia tales  
 Gens facit, & Libyci cursat per litora regni,  
 Hæc texenda tibi fuerit si fortè carina,  
 Tot cava fagineo molire & foramina muro,  
 Quot longos utrinque velis super addere remos.

Hæc sunt præcipuæ fabricandis puppibus artes,  
 Pangere celocem facilis labor: adde, magister,  
 Tecta super latus, atque humero tenuis integre nautas,  
 Accipiat puppis tectum: stet vertice & cella;  
 Lora reget currus considens claviger illa.

Dromi fab  
rica.

Celocis fab  
rica.

Cymbæ;

Haud

<sup>1</sup> Celerrimæ naves à currendo sic diæz, Ceravelle.

<sup>2</sup> Columbaria scilicet, per quæ remi extenduntur: in antiquis na-  
 vibus maxime in usu: in quibus qui in primo ordine erant remiges  
 dicebantur Thranitzæ, in 2. Zygitzæ, in 3. verò Thalamitzæ: esti alijs  
 velint Thranitas esse, qui ad puppim navigant, Zygitas, qui in me-  
 dio, Thalamitas verum, qui versus prostram. <sup>2</sup> La Camera della poppa.

Haud equidem tibi multa: laborque facilissimus illas  
 Tenuibus è truncis compingere: transtra neque illæ  
 Accipiunt, sed firma tenent latera alta tenaci  
 Annexæ clavo tabulæ, quibus assidet æquor  
 Eversura levi remo generosa juventus.  
 Qui cymbas agitant, tonis maria alta sedentes  
 Semper atant: celeres pubes Campana phaselos  
 Per flumus erecta vagos impellit; & omnes  
 Ad numerum remis feriunt mare, & æquora verrunt.  
 Sint costæ terro; digito vix latior uno  
 Sit tabula; & multo non surgat pondere linter,  
 Ocyus ut pelago fugiat, & extramque magistri  
 Audiat: è prora surgat tibi malus ad auras  
 Mobilis, & quadrum sustenter pertica velum,  
 Ad lagus hinc, illinc sint bina sedilia' puppi,  
 Et variata super protensa tapetia, & altus  
 Sit tectus velo fornix, villosaque circum  
 Zona fluat, rapidos Solis quæ temperet æstus.

Semoti qui regnâ colunt vastissima Congi,

**Naves mo-**  
**nœxyle.** Innocui Æthiopes 1 Zaire 2 flumina circum.  
 Ingentesque lacus, per quos fluit amne canoro  
 E 2 Lunæ rapidus descendens vertice Nilus,  
 Immensos soliti truncos agitare cavatos  
 Arboris unius (licondum nomine dicunt)  
 Bis centum trunko insidunt, remisque lacestrunt  
 Cœrula: lethiferas etiam vibrantia glandes  
 æra cavæ imponunt trunko, & fera prælia tentant:  
 Cura dehiscentes superest oculudere rimas.

**Furnerijus**  
**Hydrog.**  
**lib. 1. c.**  
**27.** Ante mari puppes quæm miseris; imber apertis  
 Ne commissuris ruat intus, & æquora puppes  
 Accipient: contusa rudit pars ultima lini  
 Proxima corticibus rimas oppletere patentes  
 Optima: quæ rimis ferro trudatur acuto.  
 Fluminei crinem calami contundere quondam  
 Consuevere humiles Batavi, rimasque patentes  
 Oppletere. Eoo dispersa in gurgite, gentes,  
 Quæ tot regnâ genent, truncorum cortice necunt  
 Vulnera; sed valido primum sub pondere iundunt.

Sic

1 Fluvius, & Lacus in interiore Æthiopia, Regno di Congo qui ab urbe Zaire nomen accipit. 2 Ichnæ montes, ex quibus defluit Nilus.

Sic lino stipata rudi , linienda liquenti  
 Puppis erit cera , tædisque ungenda refusis.  
 Alta picem Phrygiis mittet de montibus Ida,  
 Aut vicina dabit tibi Sila; in rupibus altis  
 Ingentes alit hæc pinus, quibus atra liquatis  
 Pix coquitur, centumque fluit fornacibus humor  
 Densus, opacus, iners, viscoque tenacior ipso.  
 Verum alba , ut perhibent , instructas calce carinas  
 Illiniunt primo gentes Oriente repostæ .  
 Est opus accensi tabulas & inungere cera,  
 Et pice nigranti, clavisque adnætere ætus.  
 Succenduntq; trabes multi: picibusque liquatis,  
 Accensisque linunt alii; sic atra tenaci  
 Pix jungit nexus tabulas, & firmius hæret,  
 Pellit & æratis inimicum puppis imbretem.  
 Alta etiam tabulata linunt, tædisque præustis  
 Incendunt, nè fortè graves cum miserit undas  
 Juppiter, accipient imbretem, rimisque fatiscant .

His actis, cave continuo navalibus alnum  
 Instructam pelago deducas: tempore certo  
 Compaeta in siccis opus est insistat arenis,  
 Ut nexæ partes coalescant: fluctibus at si  
 Committas, casusque trahas spectare marinos,  
 Concussa compage trabes, tabulæque dehiscent,  
 Fissaque diductis solventur vulnera rimis .  
 Ceù currente rota si cum cavus urceus exit,  
 Nec coctus fornace prius, vel Sole sub alto,  
 Accipiat lymphas, paulatim frigidus humor  
 Laxabit rimas: sensim compage soluta,  
 Urna dehiscenti, recludet vulnera, creta.

Interea famuli antennas , malosque laborent.  
 Corticibus nudata suis longissima pinus  
 Malus erit, superis qui se rectissimus auris  
 Inferat: & nodo careat: non fissilis ille,  
 Non obliquus erit: veniatque à cespite major:  
 Inde minor sensim tenuatus acumine surgat.  
 Par & ille incurvæ tollat se mole carinæ,  
 In medio qui rectus erit : verum & aleter in ipsa

Naves pice  
 linienda .

Calce linilk  
 sur apud  
 Indes .

Compaeta  
 naves ad  
 certum tē-  
 pasflare de  
 bens, ut mu-  
 sud rebula  
 coalescans .

Antenna-  
 rum, & ma-  
 leiū frustis  
 &c .

F Cur-

<sup>3</sup> Albero maestro Italico appellatur , Gallis Le gran Mass & Lo Trinchetto , Italico Gallis Le Breco.

**C**urvatura insit spinæ minor. utraque pinus  
**V**nus erit truncus. cuneis firmetur acutis  
**P**terna foraminibus, & Modioque immota quiescat  
**P**onderibus librata suis longissima sylva.

**N**avigii malos soliti formare magistri  
**A**rboribus geminis, ut cum furit Aeolus antro,  
**A**ltior à summo demitti vertice possit.  
**Q**uin & celoce in media non rectus ad auras  
**A**scendit: caput obliquum sed flectit in undas.

**A**ntennas gemini annoso de roboce truncis,  
**C**onnexique dabunt: illos tu vimine torto  
**F**irmiter adstringe, & picibus perfunde liquatis,  
**N**e pluvia nocte noceant: quin & Palinure, memento  
**A**rboribus formare pares: sed pondere major  
**I**n medio tibi truncus erit, partesque per ambas  
**A**ttenuatus est, cornuque nitet acuto.

**A**ntennam è medio suspendes corpore malo;  
**N**am libra sua sic stat cum corpore moles.

**C**eloces alium attollunt à vertice & malum.

**T**urritæ geminos alios portare carinæ

**C**onsuevere: & minor puppi præfigitur altae:  
**R**ostra per obliquus major descendit & alter:

**Q**ues in  
**n**avigiis ex  
**s**ensu, . . . . .  
**R**ecta sed extremitate tollitur ultima mali.  
**M**aximus è medio qui sese nubibus infert,  
**T**res habet antennæ, alatis cornibus: 4 ima.  
**L**ongior & prima est & pterna super: 6 altera & collo  
**A**ddita mole minor: tandem 8 carchesia circum  
**T**ertia 9 contraxis tendit se cornibus atbos.  
**A**ntennas totidem speculari vertice malus  
**S**ustentat: geminas proræ superadditus alter  
**O**bliquus: major rectum premit una trachelum.  
**I**lle unam è media surgit qui puppe tenebit,  
**A**uritumque dabit velum venientibus Euris.

**Quot**

- 
- 1 Foramen, cui malus imponitur, cuneisque firmatur.  
 2 Italiæ, l'Albero di poppa, vel di Mezzaria. Gallis 4 timon. 3 L'Al-  
 bero della Zevadera, vel Bompresso. Gallis La Mast de Beaupré.  
 4 Antenna magistra, Galli: La grande Vergue. 5 Imæ pars mali.  
 6 Antenna della gran Gabbia. Gallis La vergue de Hune. 7 Et & 2-  
 chelum, mali medium. 8 Suprema mali pars, ubi specula, Italiæ, il  
 Calceo: Gallis Hnge. 9 L'antenna del Perroche no. Gallis, La Ver-  
 gue de yerroques.

Quot tenet antennas, totidem redimire coronis  
 Cura tibi malum, speculamque imponere summis  
 Verticibus, qua cuncta maris lata æ quora custos  
 Inspiciat, referatque duci quas gurgite ab alto  
 Adventare videt puppes, quæ puppibus undent  
 Vexilla, hostilesue illæ, sociæne carinæ.  
 At verò in summo teneat vectoria corbem  
 Vertice, i corbitam hanc olim dixerunt Latini.  
 Sed Marti quæ sacra marinaçæ ærea æ puppis,  
 Aut Galeam referat, pictumve cacumine scutum,  
 Et super undanti regis cum stemmate signum.  
 Vimineas etiam summis pendere coronis,  
 Atque imo scalas opus est firmarier unco.  
 In malum pubes contendet, & ultima mali  
 His animosa petet cæthesia. Candida sed me  
 Poscunt vela: operis quæ pars non ultima nostri est,  
 Ergo age, pernices aptemus navibus alas.

Æolus, ut fama est, primus Neptunia regna  
 Audax velivola fugiens cum puppe cucurrit,  
 Conclusitque sinu ventos, & fœdera certa  
 Aëria pepigit cum gente, & viribus usus  
 Molliit audaces animos, fregitque tumentes.  
 Cana reluçantes tunc primum carbasa ventos  
 Excepere sinu: molles audire rudentes,  
 Et parere manu, & nutu didicere magistri.  
 Dedalus hinc fugiens Dictæ regna tyranni  
 Carbasa Chalcidicas Cumarum in vexit ad oras,  
 Ex quo artem egregiam nostri accepere parentes.

Principiò tortum lini de cortice filum,  
 Velocique dabit contextum peccine velum.  
 Vela etiam duplice subtexere stupea filo  
 Est opus, ut valido venientes flamine ventos  
 Accipiant, tolerantque intorta cannabe velum  
 Subtexunt alii, geminataque stamina torquent;  
 Vimque addunt filis, ut sint fortissima vela,

Corona Ga  
bia | mallo  
imponenda

Corbita -  
qua

Æolus pri-  
mus velo-  
rum in-  
vener.

Dedalus in  
Italiam in  
vexit.

Quomodo  
texenda.

<sup>1</sup> Nave da carico. <sup>2</sup> Nave da guerra, cui olim aut galea, aut scutum in summo molo apponebatur: nunc vexillum tantum, hoc tamen discrimine, ut Praetoria <sup>1</sup> Ammiraglio vexillum habeat in maximo molo, legati vero navis <sup>2</sup> Viceammiraglio in molo anteriori, sive Dolonais, Vicelegati Contrammiraglio navis in molo posteriori.

*Vela serica* Ardentesque ferant spumosa per æquora nimbos.

*Cleopatra.* Vela Terapnæi, ut perhibent, regina Canopi

Serica contexto pretioso vellere fecit.

Verùm hos barbaricos luxus, quos fœmina vexit,

Non ego laudatim; nam serica texere vela

Barbara luxuries regum est, & sumptus inanis.

*Ex pelle* At nigri Æthiopes nudati pelle draconis

E puppi accipiunt surgentia flamina venti.

Arctoïs sed regna tenent qui cana pruinis,

Nervis vela suunt, direptaque piscibus exta

Suspendunt malo: duris dant pellibus Austros,

Diversa à nobis habitant quæ litora, gentes

Axe alio, quæ rara polo circumnitet Arctos.

Qui Magellani verrunt freta confusa faxis,

Concludunt rapido venientes murmure ventos

*Ex cortice arborum* Cortice in arboreo, qui regna rubentis Eoi

Gangaridae, Seresque colunt, & durus Iapon

*Viminea.* Vimineam Zephyris tegetem spirantibus alto

Expandunt malo: strobisque canentibus aura

Obstrepit: inflatae tegetes spumantia currunt

Æqua. tu foliis contexere vela caveto,

Nauta; sed Eoi si sit maris æquor arandum

Trans freta, trans Gades, gemina compingere tela

Carbasa præcipio, ut dirum Typhona procellis,

Ac Præterea sinu possint tolerare furentem.

*Velerum species.* Est autem duplex veli genus. alta tritemis

Per fluctus i autita Notis dat i vela secundis,

Antennæ geminas suspendunt cornibus aures:

Cannabe 2 pes imus duro religatur ab unco.

Celoces etiam, lembique, liburnaque velum

Auritum ventis committunt. cætera 3 quadra

Navigia expandunt sua 3 vela, ruentibus Euris:

Demittuntque pedes geminos, longoque rudente

Unco nauta ligat, 4 ciroque rotante, revolvit,

Contrahere ut facilis labor, &c laxare rudentes. Præ-

1 Vellum triangulare. *Velatina.* 2 Est acutior pars veli, quæ ad navis latue religatur, modoq; contrahitur, modò relaxatur. *Angulo della vela*, & l'orecchio. *Gallis Cœs.* Sunt & pedes funes, i quibus huiusmodi veli partes ligantur. *Scotte.* *Gallis, Eſconces* 3 Quadrangula. *Velæ quadræ.* *Gallis voile querreæ.* 4 Liganum illud rotundum ad modum trochlearum, quod nocti *Giraffe*; *Or Rappole;* *Galli Ponies* appellant

Præterea tibi velorum sit copia multa :  
 Nanque usus pariter varius. cum murmure leni  
 Felices surgunt auræ, tunc maxima vela,  
 (Artemones i nostri Graio cognomine dicunt)  
 Dant levibus nautæ Zephyris, & cœrulea currunt.  
 At cum sylvifragis agitat Notus aëra flabris,  
 Aut Euri ruit, aut Boreæ intratibilis ira,  
 Contrahit Artemonem, parvoque 2 Dolone magister  
 Parciùs ardentes gremio venti accipit auras.  
 Dat 3 Medium in ventum, justo cum murmure Corus  
 Obstrepit. Aptandum velum spirantibus auris.

Suppere

Sunt etiam texenda tibi de cannabe vela,  
 Suppara 4 Romani appellant, quæ plurima ventum  
 Accipiunt gremio moriturum, atque ocyùs alnos  
 Pontigradas per salsa citant, cursusque secundant.  
 Hæc aliis alto jungenda in vertice mali,  
 Et firmandus erit curvo pes unicus unco.

Rudentes  
Sarie.

Cannabe cura etiam longos torquere rudentes  
 Et facies varios, vario pro muneri usu.  
 Majores 5 illi, jacit quibus anchora fundo,  
 Et quibus æræ religantur ab aggere puppes,  
 Semper erunt: 6 alii verùm qui vela minores  
 Sustentant: tenuique alii de stamine scalas  
 Facturi veniant, sint stupea vincula veli.

Præterea annoso fagi de robore 7 clavus  
 Formandus, Palinure: uno vix latior ala  
 Sit pede: & in gyrum sensim curvarier illa  
 Incipiat radice: hinc & tenuetur acutum  
 In collum, ut pandat respondeat ille carinæ,  
 Verùm 8 lax capulo formetur acutior, 9 affer  
 Quæ patet, imponi ut valeat versorius illi:  
 Et denis erit hic pedibus tibi longior affer.  
 Mox alæ in latere oblongum cum cuspidè ferrum,

Clavi si-  
ffara, &  
partes,

F 4

Cap.

1 Vela magbra. Gallis Veile da grano Mess 2 Timchetto . 3 Sie vocamus Epidromon velum, quod nostri dicunt la mezana, vel, vela di Mezzana. 4 Sunt veluti velorum supplementa, quibus utuntur nautæ, cum languet vis venti, nostri appellant contravélo: est & velum, quod in superiori mali parte apponitur Bonotto. 5 Gemene, Galli Cables. 6 Soorte, Galli Mansenure. 7 Timone. Galli Gouvernail. 8 Superior clavi pars, ita Morisotus, & alii. 9 Scilicet manubrium, quo clavis hac, illac vertitur. Itali Aggiaccio. Galli Barre.

**Conjuncturæ aliud circō defige rotundo:**  
**His clāvum accipiet puppis, quā torquet habenas**  
**Ipse gubernator, tenditque per æquora cursus.**  
**Sint geminæ hinc, illinc crochleæ, versare magister**  
**Quæis clavum possit, quā venti, & sydera ducunt.]**

*Anchoræ  
cudenda.*

**Hæc præter, ferro superest cudenda Britanno**  
**Anchora: & hæc binis armatur dentibus una,**  
**Altera sed quatuor: capulo simul annulus insit,**  
**Quo religanda, mari dum mittitur axis & illi**  
**Subter acernus erit: sint bina foramina proræ**

*Species va-  
ria.*  
**Per quæ funis eat, dum protinus anchora in undas,**  
**Proiicitur: transenna cavo religatur in unco.**  
**At non una tibi duro formanda metallo!**  
**Anchora, sed plures, quarum quæ maxima, nautis**  
**Diæta est sacra: Noti cùm perfurit ira, sub æquor**  
**Descendit, navimque immenso corpore fundat.**

**Sed jam læta vocant instructas cærula navæ,**  
**Aspirantque levi in velum cita flamina cantus:**  
**Nec non & vitreis ludunt Nereides undis.**  
**Ergo age, purpureo textam de flore corollam**  
**Puppibus impone: & fert redimita juventus**  
**Frondenti niteat lauroque aplustre virenti**  
**Floreat, & lauro carchesia summa nitebunt:**  
**Et molles sternantur humili violæque, rosæque.**  
**Tempora dein sacra præcinctus fronde sacerdos,**  
**Accensamque ferens tædam divina facest.**

*Naves pri-  
usquam in  
mare mit-  
tansur, su-  
peris dedi-  
canda.*

**Solennesque preces præfatus ab ore, carinas**  
**Depictas veteri patrum de more sacrabit:**  
**Nuncupet & Superis felicibus, altaque puppis**  
**Præferat ex auro cælatum in vertice signum**  
**Numinis, auratae cui sit tutela carinæ.**

*Navis in-  
sula.*  

**Parasemū,**  
**five Navis |**  
**oculus in-  
cidens, ,**  
**ex quo na-  
vis nomen-  
clatura, &**  
**ornamentū**

**Qui verò ingentes turrito corpore puppes**  
**Ædificant, rostro in medio sub vertice proræ**  
**Imponunt Oculum, cujus de nomine naves**  
**Appellant, auroque Ptychen, & murice pingunt,**  
**Delphinos multi cælant, Scyllasque bifomes,**  
**Centauros alii armatos, aliique volantem**  
**Pegasum, & armigeras Aquilas, fulvosque Leones,**  
**Et Tigrē horribilē, & Pistrim, indomitamq; Chimætam:**  
**Quin etiam proræ pictis variare figuris**  
**Confuevere genas, ornare & floribus illas:**

**Et**

**E**t simul auratis navim redimire corymbis,  
**E**ffingunt alii Mauros, viatosque Gelonos,  
**Q**uienagnis geminas sustentent viribus alas.

**S**ed deducendis quæ sint nunc navibus arma,  
**E**xpediam. Tibi multus erit pulvinus, & ingens  
**E**rgata <sup>1</sup>, pergrandes trochlea<sup>z</sup>, magnique <sup>2</sup> cameli;  
**P**lutiima, & in gyrum versetur veltibus acta  
**S**ucula <sup>3</sup>, perque illam æquato se corpore vextes.  
**T**ransie&i extendant curvæ suppone catinæ,  
**N**avita, fagineos axes, solidasque phalangas;  
**E**t cera uagendi, pinguique bitumine trunci.

*Deducenda  
navis mo-  
dus.*

**P**rincipio tonsilla solo figatur acuta,  
**A**tque alii ad litus pali figantur arenis,  
**Q**uò versus magnæ mittendæ in cætula naves,  
**T**onsillis forti trochleas vincire rudente  
**E**st opus, & duris firmando est machina palis.  
**H**inc axes circùm teretes, trochleasque camelus  
**M**ultiplici spira ducendus, & insuper ille  
**N**on semel est circùm navim volvendus in orbem.  
**M**ox bini incipiunt vextes versare ministri:  
**N**ec cessent donec vitreas se puppis in undas  
**M**ittat, & emergens suprà natet æquora meles.

**A**t si quem fortè ars prossus defecerit omnis,  
**N**ec, quo sylva, modum, pelago miteatur, habebit:  
**T**empus & Ortigii memoranda inventa magistri  
**P**andere, quoque modo curritat mole catinam  
**I**n mare deduxit pueri manus, alius omnem  
**E**xpediam, antiqua revocans ab origine, famam,  
**C**laræ Syracosii qui regni sceptra tenebat  
**M**agnanimus Hiero, & Siculo<sup>s</sup> ditione premebat,  
**I**ngensq<sup>m</sup> lecto sylva de robore puppam  
**J**ussit atq<sup>z</sup> artifices moliri, & mutice, & ostro  
**P**ingere, & auratis passim calare figuris.  
**Q**uam facta, infestoque auro, gemmisque coruscis,  
**C**ælatisque gravem lñgnis, pictisque tapetis,  
**A**tq<sup>z</sup> ebore insignem multo, & nitido argento,  
**J**am Pelysiaco regi donare parabat.  
**C**ontinuò artifices datum opus navalibus altis

*Mirabile  
Archine-  
dis inventio  
pro nave  
Hieronir  
deducenda.*

*Ingens His-  
panis Syra-  
cosani na-  
vis.*

<sup>1</sup> Argano. Galli Fanconianæ. <sup>2</sup> Est & machina, & funis tra-  
 floris. <sup>3</sup> Torno. Galli Tormæ.

Experiuntur, & assidui compingere navim  
 Concertant, fabricata brevi post tempore puppis  
 Assurgit cælata auro, atque in mûrice fulgens.  
 Ast ubi constructam pelago dducere fabri  
 Aggrediuntur, & ingentes supponere vœtes,  
 Atque axes motu faciles, teretesque cylindros  
 Festinant alacres: circùmque revolvitur ingens  
 Ergata, stridentesque rotæ versantur in orbem,  
 Aspiciunt vitreas turrim demittere in undas  
 Difficile esse, adeò surgebat machina mole  
 Immensa; nanque illa caput super altior urbem  
 Extulerat, latèque suos laxaverat artus.  
 Ergò alios poscunt socios, axesque rotundos,  
 Et vœtes addunt alios, ac viribus urgent:  
 Attamen incassum cecidit labor omnis: & illam  
 Non axes, longique valent impellere vœtes:  
 Et frustrâ juvenes subnixi viribus urgent.  
 Ac velut in medio rupes immota quiescit  
 Æquore, quam contrâ Boreæ insuperabilis ira  
 Infremuit, densisque ferox diverberat undis:  
 Aut, Euro bacchante, ruunt stridore procellæ,  
 Et commota ferunt spumantia cœrula nimbis.  
 Allisæ franguntur aquæ, franguntur & Euri;  
 Stat rupes immota, & cedere nescia ventis.  
 Sic & firma manet, nec vœtibus ardua cedit  
 Machina, viisque omnem superat, nisusque potentes;  
 Hæc ubi cognovit miratus ab arce tyranus,  
 Ortygium sub tecta senem jubet aurea ducit:  
 Magnarum cui summa datum molimina rerum  
 Ingenio tentare, manuque attollere quicquid  
 Magnum mole foret, cunctasque exquirere causas  
 Occultas rerum, & numerum subducere arenæ,  
 Fama per Ausoniæ, & Siculas vulgaverat urbes.  
 Accivere senem famuli: pietæque repente  
 Aulai in medio senior stetit, excipit illum  
 Rex Siculus, dextramque viro dat pignus amoris:  
 Divinum rogit inde senem, stimulatque precando,  
 Fluctibus ut nàvim deducat, & aurea poscat  
 Præmia: donandum magno se munere speret.  
 Sic fatus rex est: placido cui talia contrâ

Ore

Ore refert senior: Faciam, rex magne, quod optas.  
 Verum nulla mihi donari præmia poscos;  
 Tangere nam dextram satis est potuisse tyrannis:  
 Et satis ipsa sibi quo vis pro munere facta  
 Egregia, æternumque manet laus, & decus ortum  
 Ex illis. Mora nulla, rotas formare metallo  
 E solidò juhet artifices, & dentibus illas  
 Armari obliquis, numero sex: æaque cudi:  
 Hac lege, ut spatiis semper majoribus orbes  
 Se superent, primusque minor, majorque secundus,  
 Imperat & totidem pariter fabricare minores.  
 Interè quatuor præstanti robore truncos  
 Litore sustollit: totidem mox desuper addit  
 Ad latera, & clavis capita ultima nequit acutiss:  
 Subter & hinc, inde, & medio sub corpore, molles  
 Ingentes nequit tabulas, & multus in illis  
 Ferreus utrinque, & versatilis additur axis,  
 Quo rota versari possint: trabibusque locatur  
 Ordine quique suo: innexitque volubile ferrum  
 Extremi capulo, quo circumvolvit, axis.  
 Axibus inde rotas disponit in ordine curvas,  
 Atque illas spatiis omnes disternat æquis,  
 Dentibus ut cunctæ sese per mutua nexionis  
 Exciperent: vertique simul, volvique vicissim  
 Una omnes possint: mox circumvolvit in axes  
 Ingente fune, quo à fronte ligayerat alnum.

His actis, pueri manibus versatile ferrum  
 Imperat in gyrum verti, sensimque rotari:  
 Ut primum cœpere rotæ super axe revolvit  
 Orbibus adversis, subito (mirabile dictu)  
 Ingens paulatim deduci machina cœpit.  
 Atoniti stupere omnes: stupuitque tyranus,  
 Dum nova tantarum spectat miracula rerum,  
 Quæ facili nisu nunquam facienda putasset:  
 Ni leve confieri paucis res ipsa doceret.  
 Et tandem exclamans: Quæ non miracula rerum  
 Ingenium facit acre, manusque operosa magistri!  
 Cui senior. Majora oculis spectacula rerum  
 Aspiceres, mihi si sursùm subducere plantas:  
 Et fas in tenui vestigia figere nube,

Machina  
glossam  
dilecta mira  
struturæ

Nanque ima mundum traherem de sede superna.  
 Magna quidem: sed vera: neq; his deducere multum est.  
 Tum rex: Credo quidem: nihil est molimine magnum;  
 Difficile & nihil est, docti quod dextera tandem  
 Non queat artificis superare, & vincere nisu  
 Ingenii. Sed lata subit ratis & quora: retro  
 Subsequitur plausus populorum, & murmur festo  
 It cœlo clamor: discursat lœta per auras  
 Vox: reboat mare longè, & litora curva resuleant:  
 Assurgunt plausu scopuli, & vaga murmurat unda.  
 Hæc igitur Siculi memoranda inventa magistris,  
 Et simul egregias artes, Palinure, securus,  
 In mare velivolas deducere litore puppes.

## L I B R I   S E C U N D I

F I N I S.



NAU-





*F. De Louuemont fecit.*



## N A U T I C O R U M

### L I B E R III.

**H**A&enus æratas puppes, & candida vela;  
 Nunc te, Phœbe, canam: nec non cœlestia tecum  
 Sydera: te niveis etiam, Latonia, bigis  
 Undosi regnata feram per cœrula ponti.  
 Tuquæ vel in primis venies pars maxima cœpti,  
 Æole, inaccessosque petam, tua regna, recessus,  
 Ac novæ pacatos revocabo ad carmina ventos,  
 Et gênius, & mores, numerumque, & nomina dicam:  
 Divinumq; canam inventum, & data munera Divum,  
 Principiò, Palinure, priusquam scindimus æquor  
 Ignotum per iter, varios prædiscere ventos  
 Est opus, & quo quisque suo de cardine perflat:  
 Quique polum nimbis contristant, quiq; serenant,  
 Nubibus expulsi: & cœli tempore certo  
 Dent faciles in vela auras: qui cœrula contrâ  
 Occludant, tristesque hyemes, & nubila portent:  
 Et tibi quo ventos prædicat Delia cornu,  
 Aut Sol, aut Helice, aut ardenti Sirius astro.  
 Arque hæc in primis solerti cura magistro  
 Semper erit, longè instantes prænoscere ventos,  
 Ire procellosas si vult impunè per undas,  
 Arque iterum patræ portus spectare relictos.  
 Ipsí etiam tutis si currere classib; æquor,  
 Et pugnare velint, clarosque referre triumphos,  
 Nosse duces ventos opus est, variantia cœli  
 Sydera, & Eos ortus, Solemque cadentem.  
 Nanque olim Zanclæ memini me turribus altis,  
 Quæ Thetis angusti veniens à sede Pelori  
 Objecetas modico terras secat ardua fluctu,  
 Evandron vjdisse fenem, cui multa senectus;

Venit enim  
 obgutlio  
 quam utres  
 saria na-  
 varchis fit.

Et classis  
 amitterebat.

Lu-

Lustra decem bis jam robusta expleverat ætas.

Hic mihi cœrulei cùm jam consedimus ambo

Ad molles pelagi ripas, ubi splendida luxu

Alta theatali surgunt palatia circo,

*Maurolycl*

*elegium;* &

*Ephemeri-*

*des ab ipso*

*austriaco*

*date. Hoc*

*porta defi-*

*sane à vi-*

*vis fide di-*

*gnis acce-*

*pit.*

Maurolycum novisse senem narrabat, & illum

( Multa viro virtus, multo sudata labore

Ars erat, & varii varia experientia cœli,

Noscere seu vellet ventos, seu dicere cursus

Astrorum, & longè venientia pandere Fata)

Austriaco donasse duci (qui viator ad altum

Ionum, Eoi concussit regna tyranni,

Avertitque hostem Italiæ, clademque futuram )

Depictas minio tabulas, queis longa per omnes

Scripta dies rerum series erat. ille futuras

Hic tempestates, ventosque, & nubila, & imbræ :

Hic & purpureos Soles, cœlumque serenum

Fatidicus niveo signarat cortice vates.

Cumque has ille duci properanti ad bella dedisset :<sup>1</sup>

Hæc olli dixisse ferunt: 1, chara Tonanti

Progenies, Fidei, & regni spes maxima nostri:

Cumque manus conferre paras, has, inclyte, primùm

Consule; nanque illæ quæ sint ventura docebunt.

Et sic Threicīi contundes armæ tyrannī:

Et venies viator, spoliisque Orientis onustus.

Tu vatem ne sperne; Fidem observata merentur.

Mox totam Evander repetens audire videbat

Me cupidum senior) memoravit origine pugnam.

Tempus erat, quo celsa domus stellantis Olympi

*Pagina*

*Naupactiæ*

*descriptio.*

Panditur, Oceano tenebris, Lunaque fugatis,

Purpureis variata notis Aurora rubescit:

Cum geminas sors una tulit propè litora classes

Naupacti, 2 junxitque freti discrimine parvo.

Est locus Actiacis Ætolum proximus oris,

Flumina quæ nitidis Acheloia miscet arenis

Ipse suis Neptunus aquis: hic Græcia Tellus

Hesperium ad Solem, & lævas se flebit ad undas,

Quæ mollem Zephyrum, & felices accipit auras:

Contræ elata mari stat Neritos ardua saxis.

Hic

<sup>1</sup> Lepanto, hinc victoria Naupactea: non longè ad Actium promæterium Augusti victoria ex M. Antonio, & Cleopatra.

Hic geminas æstu terras secat unda revulsas  
 Exiguo, sensimque patens fluit usque Corinthum,  
 Ætolum hinc regio est ; illinc Pelopæa regna  
 Respondent : geminæ curvo stant litore i turre, 2  
 Quæque Rhion Grajo quondam cognomine dicta :  
 Barbara gens nomen nunc invertere vocantes.  
 Hinc verò Ætolum quæ se cava litora flectunt  
 Cyrrhæum in pelagus, fundata virentibus arvis  
 Naupactus, statioque jacet benè fida carinis.  
 Trans Rhion objectas Achelous & Echinadas undis  
 Verberat. Hæ quondam (ni mendax fabula Graium)  
 Najades errabant fluviosis, quæ numine verso,  
 Nunc scopuli riguere mari, quibus alta trophæa  
 Contigit Austriadum, & Venetum spectare triumphos.  
 Hos inter scopulos certatum Marte cruento  
 De maris imperio, o utinam non lava fuisset  
 Mens hominum ? tota fractus cum classe tyrannus  
 Eoa nunc urbe foret, regnoque repulsus.  
 ( Et concessa sequi, & Fatis felicibus uti  
 Nescia mens hominum ) Hos scopulos tenuere carinæ  
 Austriadum, Venetumque rates, cum Barbara classis  
 Naupacti statione sedens dare carbasa cœpit  
 Trans Rhion, & sensim pelago se mittere aperto,  
 Mille rates mare prætexunt, atque aëra mille  
 Vela, & mille leves fluitant vexilla per auras.  
 Ipse ubi jam properare hostem audiit Austriacus dux,  
 Constitit, atque oculis plena æquora circumspexit.  
 Mox celsa in puppi circumvestitus in altum  
 Agmen agit, tenditque acies, & cornua flectit.  
 Austriadum dextram classis, Venetumque sinistram  
 Occupat : in medio puppes prætoriaz, & ipsæ  
 Bis septem, horrendi facturæ exordia belli,  
 Turrizæ steterant primo agmine ; Bucentauri.

Christiano  
rum clas-  
sæ dispositio-

Jamque tubescabant radiis ardentibus undæ,  
 Proa de sede ruens cum sibilus Euri  
 Labitur Oceano : crepitanti flamine vela      Odry-

<sup>2</sup> Dardanellis di Lepanto vulgo vocat, per quos in Corinthiacum  
 finum Golfo di Lepanto intramus. <sup>3</sup> Iusulæ ad ostia Acheloi Cræzœ-  
 li appellant. <sup>4</sup> Sic non incongrue Heptera, seu Galeazzo voca-  
 mus à mole, qua reliquæ supersat, et si non eadem sit apud Venetos  
 Galeazzo, & Enniger.

Odrysium temuere sinu; flatuque secundo,  
 Janque propinquabat primæ ad tentamina pugnæ  
 Barbara Tbreiciūn sinuata in cornua classis,  
 Undantesque dabant vexilla argentea Lunas.  
 Ast ubi Christiadæ in proram descendere ventos,  
 Atque hostes ruere adversos videre, repente  
 Perculsi cecidere animis, trepidoque tumultu:  
 Iamque referre pedem, & retro dare terga parabante.  
 Ipse sed Austriacus spem magnam in pectore versans.  
 Ingentesque animos, altæ ad subsellia puppis  
 Imperat acciti proceres. Utque ære canoro  
 Incepuerunt tubæ, celeres ad iussa vocati  
 Convenere, repletisque duces subsellia primi,  
 Tunc ille afferri tabulas, quas arte peritus  
 Maurolycus dederat, famulos jubet: inde repandit  
 Quæ vates ventura die signaverat illo.  
 Hæc autem ventura die signaverat illo:  
 Cum Sol Oceano surget, simul Eurus Eoo  
 Assurget: si forte mari se se obvius hostis  
 Intulerit, Martemque velit tentare secundum,  
 Ne dubites conferre manus: cadet Eurus, & undas  
 Afflabit Zephyrus, nubesque immittet in hostes.  
 Vix hæc Austriacus, procerum stipante senatu,  
 Legerat, & classes dederat vulganda per omnes.  
 Cum subiti rediere animi, strepitique canoro,  
 Arma petunt. Dicitis tanta est fiducia vatis.  
 Ipsa sed in primis læto clamore vocatur  
 Divorum Regina, maris cui cœrula parent,  
 Et cui deposito famulantur murmure venti.  
 Nec mora, continuò paribus concurritur armis:  
 Clasibus adversæ classes, rostra obvia costis  
 Ivere, ut belli signum prætoria puppis  
 Fecit, & horrendo strepuerunt cornua cantu.  
 Hinc celeres sicca servatam in teste favillam  
 Admovevit nitro, conceptoque oxyus igne,  
 Emicuere cubi, sonitumque dedere metallæ.  
 Nec mora, millesæ fugiunt, rupto obiice glandes,  
 Vulcano pellente: pluit latè horridus imber  
 Ferreus, & nigræ tolluntur in ætra nubes,  
 Et medias inter nubes micat ignibus æther

*Christiano-  
rum metus  
ex adverso  
vento.*

*Resumptio  
animi.*

*Atrax Pn-  
gna.*

Cum

Cum tonitru. cœcis exhotruit unda tenebris,  
 Et pulsata imo tremuerunt æqua fundo.  
 Ac veluti ruptis, gremio fervente, caminis,  
 Ingentes scopulos, & grandia saxa sub auras  
 Vesbius agglomerat, disjectaque viscera montis  
 Erigit eructans, & sydera verberat imbre  
 Saxorum : totus radicibus egeritur mons.  
 Flamarum erumpunt cuncis sub nubila, & ingens  
 It cœlo fumus, cœlique obnubilat astra.  
 Præcipitesque ruunt pice nigra, & sulphure mixto,  
 Ardentes fluvii, rapida flammante favilla:  
 Subiectas replent valles: latè omnia circum  
 Arvaeque, litoraque, & villa yastantur, & urbes,  
 Non aliter gremio, suscepto protinus igne,  
 Horrendum concussa cavo crepuebat metallas:  
 Disiectæ tonitru glomerantur in ætra puppes.  
 Mille trabes, & mille volant disrupta per auras  
 Rostra, carinæque, quassataque fulmine vela:  
 Corpora mille virum, medias dispersa per undas  
 Arma fluunt, galeæque, atque altæ robora sylva.  
 Odrysit, velis Euro spirante secundo,  
 Audacest animos, atque irrita vota fovebant.  
 Attamen incassum gavisi Marec secundo:  
 Alternat Fortuna vices: Felicia cœpta  
 Flebilis eventus, lacrymandaque Fata sequuntur.

Jam Sol alitus erat, confestim murmure fratto,  
 Eurus abit, siluere vada: & sterit utraque classis.  
 Sed concessa quies brevis est, pernicibus alis  
 Allapsi Zephyri rupere silentia: festo  
 Austriaci Zephyros venientes murmure læti  
 Accipiunt: tumuere sinu: tumuere secundis  
 Auspiciis animi: læto clamore laceſſunt  
 Sydera: bella iterum, & viſtricia signa reposcunt.

Magnanimus dux audentem in certamina pubem  
 Tum sic aggreditur: Promissi sumine venti  
 En adsumt, reliquum: in manibus victoria vestris  
 Tota est, ite; præit quoniam Fortuna, sequendum est.  
 Nec plura, Austriaci invadunt, & rostra feroceſ  
 Vi ſuperant, ruproque velut ruit obiice tipæ  
 Immissis cum flumen aquis, & murmure rauco;

*Secundis  
Austriaci  
venit.*

De-

Dejectat latè segetes, populatur & arva:  
 Christiadæ in classem irrumunt, atque obvia diro  
 Ense metunt, cædesque, & passim funera miscent.  
 Ipse ubi præcelsa in puppi conspexit Alymum,  
 Irruit Austriades contrâ, & præcordia multo  
 Barbara transfigit ferro: ceciditque superbus  
 Mole gigas, strepituque iit indignatus ad umbras.  
 Qualis ubi in sylvis contorto fulmine pinus  
 Idæ cadit, gemituque replet nemora alta supremo.  
 Tunc cæsi caput Austriades obruncat, & hasta  
 Præfigit, tollique jubet de vertice puppis.  
 Ut cæsi de puppe caput, lacrymabile signum,  
 Threicii ducis aspiciunt, trepidi oxyùs omnes  
 Prona fugædant terga, ratesque ad litora vertunt,  
 Insequitur vîctor: ferro debellat & igne,  
 Quid plura? ardent rostra: viri sternuntur, & omnes  
 Æquore dispersi vento jaçtantur, & armis.  
 Christiadæ læti exultant, Superumque salutare  
 Reginam, tanti fuerat quæ causa triumphi:  
 Atque ipsos læto Zephyros clamore salutant  
 Præsentes. Ad eò ventos prædiscere magnum est.

Hæc quondam Evandrum memini cecinisse sub altis  
 Turribus, angusti quæ fluctuat unda Pelori.  
 Sed jam me Zephyri, & felicior evocat aura:  
 Ire animus: faciles concedite carminis œstrum,  
 O Musæ, & celeres properate per ardua mecum;  
 Nanque iter in nubes intendimus. Est locus ingens  
 Ætheris in medio, rigidis ubi plurimus horret  
 Aer frigoribus, voluctique impervius omni est.  
 Proximus huic alto flammis ardentibus instat  
 Juppiter: ima tenet dulcis mortalibus ægris  
 Temperies, magno Superum data munere Divum:  
 Pendula se circum regio diffundit in omnes  
 Terrarum, pelagique plagas; sed major in axe  
 Arctoo, gelidisque riget stipata pruinis:  
 At Sol Æthiopas quæ ferventissimus urit,  
 Strictior illa, nimis vicino pressa calore:  
 Sed geminæ in medio quæ zonæ habitabilis Orbis  
 Temperiem, & mixtam faciunt cum frigore flamمام,  
 Stat justis extensalocis. Nicæ æthere regna.

*Terrarum  
eades, &  
Christiane-  
rum viaga-  
ria.*

*Aëris ve-  
giuum de-  
scriptio.*

Æolus alta tenet: veniunt his sedibus Euris,  
 Et Zephyri, Corique, & nimbiferi Aquilones.  
 Hic nubes etiam concrescunt, tenuibus alto  
 Halitibus gremio missis Telluris ab imo:  
 Cæruleique cadunt, sub motis nubibus, imbre.  
 Ergo age, nunc caussas necum tentare latentes  
 Aggredere, & prima revocemus origine ventos.  
 Tantis per, Palinure, licet divertere clivo:  
 Haud equidem labor incassum, nec inutilis error.  
 At tu, quo nostræ lœtantur Apolline Musæ,  
 CARDENIDE generofe, præi, tenuesque per auras  
 Sterne viam vati facilem, inceptumque secunda.

Sol maria, & terras, flammis vitalibus, omnes,  
 Aëraque irradians, animantia cuncta calore,  
 Cunctarumque foveat caussarum exordia prima:  
 Semina compingit rerum, concretaque vertit,  
 Atque novas cogit paulatim fumere formas:  
 Rerum quippè parens Sol est. Sic humidæ Tellus  
 Phœbeis sensim radis tepefacta relaxat,  
 Recluditque sinum: tenui volat halitus aura  
 Nimborum in fedes. hic frigore pressus iniquo  
 Stipatur: ceu parva phalanx, cum fortior instat  
 Hostis ab adverso, cuneis densatur acutis;  
 Colligit & vites, atque arma, globosque ruentes  
 Obiectis contrâ scutis, hastisque repellit.  
 Sed gravis ille venit concretus, & aëre ab alto  
 Labitur, & patrias iterum descendit ad oras:  
 Hic rursus tepefactus abit resolutus in auras,  
 Et sensim major, majorque accrescit eundo:  
 Ac tandem spatiis nimium conclusus inquis,  
 Quà via per medias nubes, perque aëra latè  
 Sese aperit, citus irrumpit, velut acta sagitta,  
 Stridulus, & circùm rapidus se erudit in auras:  
 Atque auras premit obstantes, premiturque vicissim:  
 Stare loco nescit: celeri secat aëra lapsu,  
 Dum fugit, & miscet maria, & nemus omne tumultu,  
 Non secus admotum rapidis si forrè favillis  
 Vas fuerit, cui stricta manent, oblongaque colia,  
 Æneus & venter magnum turgescit in orbem;  
 Intus paulatim fergescens humor ab igne

*Ventorum  
generatio,  
præ caussa,*

Solvitur, & tenues rarus se verrit in auras:  
 Ac majora petens latè loca, it halitus alto  
 Colla per oblonga erumpens, traximque volando  
 Attenuatus abit, sonituque effertur acuto  
 Stridulus, & multo fugiens nisu premis auras  
 Obiecas, raucoque imitatur murmure Cores.  
 Non intermissi flantes sic æra venti  
 Continuis agitant flabris, & cœrula vertunt;  
 Quippè sinu terræ semper vapor exit ab imo.

*Ventis olim  
sive nomine*      Iacerti quondam perflabant marmora ventis  
 Nec numeros norat, nec nomina fecerat illis

Navis, nec medio spectarat ab æquore stellas.

*Ventorum  
multiplex  
nomen,  
& nomen-  
tatura.*      Ast ubi culta Thetis, celeresque immisit in undas  
 Audax nauta rates, sua tūm i cognomina ventis,  
 Omnibus & sua tūm pariter data nomina stellis.  
 Primus purpureo cœli de cardine præceps  
 Eois ruit <sup>2</sup>, Eurus equis. contrâ æquore ab alto  
 Quà Sol flammiferos rubro lavat amne jugales,

*Cardines.*      A surgit <sup>3</sup>, Zephyrus. Mundi de sede nivali  
 Descendit <sup>4</sup>, Boreas nivibus stipatus, & horrens  
 Frigoribus multis: contrâ venir humidus <sup>5</sup>, Auster  
 E Libya, & pluvio contristat turbinae cœlum.

*Medii.*      Hos inter quatuor totidem generantur, & illis  
 Nomina nauca dedit. Boream strepit inter, & Eurum  
 Ventus, ab egelidis mittit quem cupibus Æmi  
 Græcia: <sup>6</sup> Græcum Itali jam nunc cognomine dicunt.  
 Contra hunc nimborum densum citrus explicat agmen  
 Africus, <sup>7</sup> & Mauris descendit ab usque præustis.  
 Hybernum propè solsticium tonat <sup>8</sup> Euroauster

Den-

<sup>1</sup> Non omnia una est ventorum nomenclatura, neque omnium ventorum, justè recentiorum divisionem apud Latinos nomina fuere, nos probatos Autores secuti sumus, & alijs Græca nomina accomodavimus, alijs verò ventis nova ex Italis nomina deponimus.

<sup>2</sup> Italis, Levante. Hispanis, <sup>1</sup> Effe. Gallis, Effe. Belgis. Oeff. Anglis. <sup>2</sup> Effe. <sup>3</sup> Ita. Ponente. Hisp. Oeff. vel Oes. Gall. Ouest. Bel. <sup>4</sup> Oest. Angl. item <sup>5</sup> Oest. <sup>6</sup> Ital. Transversa. Hisp. Nort, vel Nort. Gal. Nord. Bel. Nort. Angl. Noorth. <sup>7</sup> Ital. Ostro, vel Mezzodi. Hisp. Sur. Ga. Sud. Bel. Zuyd. Angl. Sanib. <sup>8</sup> Ita. Greco, vel Grecale. Hi. NordEffe. Gal. Nordeff. Bel. Noort. Oeff. Angl. Noorth. East. <sup>9</sup> Ita. Libeccio, vel Garbino. Hisp. Sud Oeste. Ga. Sud Ouest. Bel. Zuyd. <sup>10</sup> An. South. vneff.

<sup>8</sup> Ita. Scirocco. Hi. Siroff. Ga. Siroff. Bel. Zuyd. <sup>11</sup> Angl. South. eoff.

Densis stipatus pluviis: contrarius Ursus  
 Alta 1 Arctozephyrus descendit, & horridus undas  
 Asperat: illum Itali ventum dixerunt Magistrum.

Quisque horum dextra, & vaque armatus ab alto  
 Irruit, & gemino Tethyn licore flagellat.

Laterales.

Durus Hyperboreis 2 Aquilo se rupibus infert:  
 Alter ab Eois furit 3 Hellespontius oris.

Ultrad Eurum immisus roseo 4 Vulturnus ab Oreus  
 At mitis venit è tepido 5 Gangeticus Austro.

Hesperia sub sede tenet dextra Africus udum

Libonotum: 6 è lava surgit 7 Subvesperus undis.

Addit se comitem occiduo sub sole Magistro

Corus, 8 ab Ausoniis cognomine dictus Iapyx:

Circius 9 Arctea sequitur de sede nivali.

Hos præter, totidem mediis è sedibus auræ,

Noctis, seu

Turba minor, certoque mari sine nomine surgunt:

Quarta.

Quas etiam, Palinure, animas prædiscere cura;

Ut certum teneas infida per æquora cursum.

Hanc & rectores, uno cognomine plebem

Quartas 10 ventorum nostri dixerunt vocantes:

Appellare Nothos alii volucere magistri.

His animadversis, qua nunc ratione per undas,

Navita, tot variis possis cognoscere ventos,

Expediam, Superumque canam data munera Divum.

At mihi vos alti Nymphæ maris, hæc vada læta

G a

Quæ

1 It. Maestro, vel Maestrale. Hi. Noorest. Ga. Nordovest. Be. Noor<sup>8</sup>  
 ueft. An. Noorth uueft. 2 It. Greco Tramontana. Hi. Nor Nordeste.  
 Ga. Nord nordoste. Be. Noort noors oost. An. Noorth noortsbeast. 3 Ital.  
 Greco Levante. Hi. Lefnor dæft. Gal. Est nordeft. Bel. Oost noort oost. An.,  
 Zef north east. 4 It. Scirocco Levante. Hi. L'Est suuest. Ga. Est sud eft.  
 Be. Oost zuyd oost. An. East south east. 5 It. Scirocco Mezzodi, vel Ostro  
 Scirocco. Hi. Sur suuest. Gal. Sud sud eft. Be. Zuyd zuyd oost. An. South  
 south east. 6 It. Libeccio Mezzodi, vel Ostro Libeccio. Hi. Sur sudoeft -  
 Ga. Sud sudoveft. Be. Zuydzuyd, uueft. An. South south uueft. 7 It. Po-  
 nente Libeccio. Hi. Oest sudoeft. Ga. Ouest Sudoveft. Be. Uueft zuyd  
 uueft. An. Uueft South uueft. 9 Ital. Ponente Maestro. Hisp. Oest no-  
 roest. Ga. Ouest nordovest. Be. Uueft noorestueft. An. Uueft noorth uueft.  
 9 It. Maestro Tramontana. Hi. Nor nor oest. Ga. Nord nord ovest. Be.  
 Noort noort uueft. An. Noorth noorts uueft. 10 Quare de ventis, & venti  
 bastardi. Itali dicunt ventos medios, seu laterales.

Quæ colitis Bajas, felicia litora, circùm,  
 Vos, quæ Sirenum sedes habitatis odoras,  
 Regnaque Teleboum, litusque tepentis Amalphis,  
 Pandite, Nereides; (nam vos spectastis & illum,  
 Divinitus in partem operis venistis ab alto)  
 Quis Deus hanc nobis divinis extudit artem  
 Inventis. Deus ille equidem, Deus ille magister,  
 Qui primus rerum causas penetrare latentes  
 Ausus, & obscuræ novit connubia gemmæ.  
 Magnetem quibus ipsa sibi Cynosura maritet  
 Ardescens flammis: (Norunt jam sydera flamas)  
 Primus & errantes duxit, duce cuspide, nautas.

Ante mari in magno, dubia sub nocte, pererrans  
 Arcadias Ursas trepidantes æquore tingi,  
 Arcturum, pluviasque Hyadas spectare solebat  
 Navita, & ardeatam stellis Orionisensem,  
 Tendebatque freto in medio, duce sydere, cursus.  
 Sed nigra cum latè texebant nubila cœlum,  
 Ac Lunam obtektam nimbo nox cœca tenebat,  
 Tunc, duce sublato, dubiis errabat in undis,  
 Carbasa quò venti per æraria vasta trahebant.

Verum regna tenent qui ditia Persidis, & qui

Æquora Niliacis sulcant Erythræa papyris,  
 Olim & Taprobanen, & Gangis litus adibant,  
 Aëra per vacuum cursus signante columba.  
 Chaoniam ex alta mittebant puppe volucrem;  
 (Nam Teljurus aves, verrentes æthera pennis,  
 Natura monstrante, pecunt vicinia semper)

Hinc quæ missa fugam capiebat in aëre, & ipsa  
 Tendebant iter Oceano: mox illa volatu  
 Cum sese ex oculis substraxerat, illicet illi  
 Laxabant aliam: sic & ductoribus istis,  
 Taprobanen cursu tandem, & Sindasque petebant.

Ausonia in magna, biferique ad marmora Paestis,  
 In medium conversa diem quæ surgit Amalphis,  
 Nauta fuit, magnis ausis generosus, & acer

In-

<sup>1</sup> Est hæc Ceylanum, quæ quidem insula Cory (Capo di Comoro) promontorio obiecta est. <sup>2</sup> Tres maximæ insulæ Eoi Oceanis, Sumatra, Bornæ, Iava, vulgo Isole della Sonda.

Ingenio, & reliquos inter solertia omnes,  
 Flavius 1 (hoc illum dixerunt nomine nautæ)  
 Cui nitidis formosa comis Beronia mater,  
 Inter Nereidas forma non ultima Nymphas.  
 Hic quondam æstate in media, dum cardine summo  
 Jam rapidus Titan medios accenderat æstus,  
 Dum sitiunt segetes, sileta aura, & marmoris unda  
 Assultans scopulis vix rorem aspergit amarum,  
 Defessus vacuam secreti ad marginis oram  
 Venerat ex alto, gremio quæ scrupula rupes  
 Dat placidas somno sedes: hic ille sub antro  
 Sternitur egelido, musco super: & sua somno  
 Lumina concedit, primos laxaverat artus.  
 Vix optata quies, & lumina somnus habebat,  
 Cum tremulas Zephyris lenè impellantibus undas;  
 Scinditur Oceanus, vitreisque sedilibus omnes  
 Nereides, Nymphæque assurrexere marinæ:  
 Flava comas Ephyte, Lepytheque, & candida Clio,  
 Pulchragena Panopæa soror, quæque ubere lato  
 Tunc geminos primùm pueros enixa fovebat  
 Leucothoë, & vultu venit placidissima Micle,  
 Euplæ, Prochyreque, Cleoque, & cœrula Nefis:  
 Purpureum quibus os, placidum decus oris: & illa  
 Versicolor niveas cingebat tænia mammae.  
 Et tandem formosa mari Beronia mater  
 Astigit, & diu natæ diffudit odorem.  
 Ut multo præsentem afflatus numine sensit  
 Nauta deam, & vultus genitricis novit amatos,  
 Currit in amplexus: teneros per colla laceros

<sup>1</sup> Flavius natione Italus, patris Amalphitanus, qui anno MCCC. mirabiliter sancti, ac navigationi opportunum inventum nauticæ pyridis (*Le Buffola, Gallis Buffolæ*) adinvenit, atque illum usum posteris tradidit; unde merito illum Scellius in Epistola ad Lectorem Tiphs Battavi, & ex eo Morisotus in oœbe maritimo lib. 2. cap. 41. vocant *Sagacissimum Natura Mylus*, cuius industria & secretioribus eius adyis id eratum fit. Huius enim fiducia Itali primùm, inde etiam Hispani externe maria tentare instituerunt. Huius sententiae se subscribunt Ortelius, Blondus, Crescentius, Ferrarius, Phælander, aliquique quamplurimi, ut citrä iavidiam non sit hæc laus Italæ deneganda. Panormitanus autem sic cecinit.  
*Prima dedit nobis usum Magnetis Amalphiæ.*

N A U I C O R U M

Initit & charat delibat dulcia matri  
Oscula: ( Nereides plausu infremuere marino )  
Terque, quaterque iterat: matri mox talia fatur :  
    O mater dea, Nereidum pulcherrima Nympha,  
Sirenum quæ regna colis, & gurgitis hujus  
Ima tenes, ubi tecta tibi pellucida vitro,  
Cæruleasque inter Divas spatiaris in undis,  
Qui te nunc pelago, tectisque accivit ab immissis  
Teque dedit gnato divina in luce videndam?  
    O Genitrix, magno natum dignaris honore.

    Flavius hæc: illi contrâ placidissima Nympha  
Hæc dedit, & roseo placide simul ore locuta est:  
    Magna tuis semper dilecta cura parenti,  
Nate, fuit, matrisque animum timor anxius urget,  
Ne quando, rapido deprensus turbine venti  
Jaeteris pelago in medio, quò tendere cursus  
Insciis, ardenti cùm se subduxit Orion  
Sydere, & Arcadium texit nox atra Bootem.  
Quare age, quæ mihi nunc lacrymis dedit, & prece multa  
Fatidicus Proteus, nitidam cape pyxida, nate.  
Hac duce, cæruleum carpes iter, & vada salsa  
Tutius hac dubia cœli sub nocte secabis.  
Ipsa polum nimbo obteatum tibi ferrea cuspis  
Ostendet, Mundique plagas, & sydera dicet:  
Et tibi per fluctus, quæ sit, monstrabit, eundum  
Qui spirent venti, rigidæ qua rupe procellæ  
Descendant. Quid plura? tibi pro sydere ferrum  
Dux erit, & reducem patrias te sistet ad oras.  
Hæc illa: & læto portexit pyxida nato.  
Tornatæ quæ cura hinc sit, qui pydixis usus,  
Illa docet: cupidus genitricem Flavius audit  
Dicentem, & memori sub mente audita recondit.

*Pyxidis de-  
scriptio, &  
illam for-  
mandi me-  
dus.*

Argento insignem multo, niveoque elephanto,  
Ipse suis manibus tornavit pyxida ferro  
Cæruleus Proteus, medio stat circulus aureus.  
Nomina ventorum multo cœlavit in auro  
Hoc circa Proteus; nam æqualibus intervallis  
In totidem partes secuit, quot flamine venti  
Spirant; cœlavitque suis in sedibus omnes.  
Lilia, quæ rutilo præfulgent plurima in auro,

A-

Arctoo Boream venientem ab sydere monstant,  
 At reliquos alii ventos dant vertice ab uno  
 Extensi in gyrum radii, minioque rubentes.  
 Inde stylum è chalybe in medio præfixit acutum;  
 Et chalybe huic etiam super addidit ille sagittam,  
 Quam nigro admovit lapidi, ( i Magnesia fertur  
 Gemma ) è contactu multo malèsanā veneno  
 Cuspis abit, calidasque hausit de marmore flammas.  
 Mira quidem sunt, nate, meæ pars altera visæ,  
 Quæ mihi narravit Proteus commercia gemmæ.  
 Marmor amat ferrum, dulcesque in pectore flammas  
 Nutrit dura filex: chalybis durissima corda  
 Allicit illecebris: mollit sua viscera ferrum  
 Illecebra, & rigidum quamvis respondet amori,  
 Atque agitut flammis. Quid non cedamus amori?  
 Mollit amor ferrum, & durissima marmora mollit.  
 Mobilis illa stylo superadditur: irrequita  
 Vertitur hac, illac: donec præfulgida cœlo  
 Quæ cynosura micat, se sifstat, & æthere ab alto  
 Hauriat obtutu flammas acus æta veneno.  
 ( Nam velut ipsa poli secatur sydera gemmæ,  
 Sic nigrae dulci geminæ corruptus amore,  
 Astra chalybs amat, atque obtutu fallit amorem ).  
 Hinc ille ex nivea crystallo pyxida texit:  
 Bracteola & circùm clausit stricissimus illam:  
 Nematis unda nocens, aut aëris aura marini  
 Inficiat, nigraque terat rubigine ferrum.  
 Cepe timendum etiam, graveolentia que callia vase,  
 Vimque adamantis: acumi visu nam fascinat ipso,  
 Admonuit. Tu, nate, maris cum gurgite vasto  
 Errabis, dubiusque viæ simè sydere cœli,  
 Hanc fidam media comitem sub puppe locabis  
 Libratam lœvi in tabula, quo ferrea cuspis  
 Volvier in gyrum possit: sed pyxida tantum  
 Verte manu hac, illac, donec se concita cuspis  
 Sifstat, & inscriptæ respondeat illa sagittæ.      Aut

Ceps, & al-  
 dia, adamasq  
 Magnetica  
 acus vim in  
 fringunt.  
 Quomodo  
 locanda in  
 mari pyxid  
 ad ventos,  
 & mundi  
 partes di-  
 gnostendas.

A Magnesia Macedoniæ regione Magnetis feraci: qui & Heraclius ab Heraclea urbe etiam appellatur. Alii sideritem vocant; scilicet ferreum; nam in eadem fodina cum ferro nascitur. Hinc feruot excoquum ferrum habere partes Boreales, & Australes, vigorem magneticum, verticitatem, & vertices, seu potes definitos.

**Aut medium feriat tornatæ pyxidis orbem  
Axis ad Arctoi partem. mox inspice & illam:  
Illa tibi ventos, cursusque & sydera dicet.**

**Hæc dedit & circùm Nymphis stipata marinis,  
Oceano caput immersit, natoque relicto,  
Humida spumosa venit sub Doridos antra.**

**Ille autem charæ genitricis munere latus,  
Pyxida cælatam signis miratur eburnam,  
Miraturque orbes argento, & murice pictos,  
Liliaque Arcadii monstrantia sydera Plaustri,  
Ac minio inscriptum ventorum nomina circum.  
Hinc stupet in gyrum hæc, illæc trepidare sagittam,  
Et sensim arcana ferri virtute sub Ursas.**

**Nec non & prima perquirit origine caussas  
Occultas rerum, & tacitus præcepta revolvit,  
Quæ dederat mater; ventosque, & sydera discit.**

**Pyxidis hinc primùm fuit usus: & æquora primùm**

**Audaces ausi, duce cuspide, currere nautæ.**

**Nec solùm conclusa Thetis sulcata carinis**

**Omnis, & Ægæi spumantia marinora pontis:**

**Ipse sed Oceanus noti trans litora Mundi**

**Tentatus magnis ausis, Fatisque secundis.**

**Hac duce jam noti Æthiopes, atque ultima Cafri**

**Regna pharetrati, Mundique impervius axis.**

**Quin & inaccessi tot jam per secula iusseres,**

**Ac penitus toti terrarumi incognitus Orbi**

**Nunc tandem Aurora sub sede est visus Iapon:**

**Ac novus Ammericæ lustratus navibus Orbis.**

**Sic & divinum inventum, pyxisque per omnes**

**Delata est populos, quos decolor inficit Eos,**

**Aut rapido Sol torret equo, aut premit Vrsa pruinis:**

**Quos & in Occasum Atlanteum submovet æquor.**

**Vix pyxidis apud Seres per acta  
vñsculo innatantè.**

**Furnerius**

**Hydr.lib.**

**Sed qui à Cathygaren, extremaque litora Mundi**

**Soli habitant Seres, diverso pyxidis usu,**

**Terrarumque plagas, ventosque, & sydera norunt.**

**Circuito effingunt curvum cratera capaci,**

**Et fluvio undantem multo sub puppe reponunt.**

**Subere suffultus parvo natat ære, tricuspidè**

**z.z.c.1.**

IN

**z. Idæ, ac Sinæ, serico lanificio nobiles, z. Sinarum emporium, Cantsong.**

In medio Rhombus versatilis, altaque signat

Astra, polumque regitq; vagos per marmor i Ioncos,

Non secus Arctoi faciunt, qui Balthica nautæ

Cærula, Hyperboreumque cava trabe Nerea currunt.

At quia Nautarum posita est spes omnis in una  
Pyxide, mira quidem, atque usu comperta docebo,  
Egregiam tibi quo valeas compingere buxum.

Stat geminus Magnete polus, quorum alter in Arcton,  
Alter in adversum Mundi se dirigit axem.

Hos autem quo ritè modo perquirere possis,

Expediam. Ilicea in media net cymbula pelui,

Quæ gremio inclusam sustentet flumine gemmam;

Hæc circùm incipiet sensim irrequeta moveri;

Non tamen integrum describet motibus orbem,

At septem versus se conciet illa Triones,

Quo tandem directus eat polus alter in Ursas,  
Inque diem vergat medium polus alter. at illos  
Sedulus advertes, radioque notabis acuto.

Hinc & acus si forte tibi fucanda veneno,

Cuspis Hyperboreum tendet quo mota sub axem,

Austrinum complexa polum, lapidi oscula libet;

Nam secus Arctoum si contigit, illicet Austro

Se verteret, ventosque àlios monstrabit, & oras.

Admiranda quidem, quorum cognoscere causas

Nobis in parvo ludens Natura negavit.

Si Magus generosus erit, sat cuspis in uno

Contactu bibit arcani malesana veneni.

At cum languescit gemmæ vis, sæpe fricandus

Est illi Rhombus, certa sed lege, modoque,

E medio super incipias deducere saxum

Leniter alternum in punctum, ferroq; fricabisi

Hæc ubi jam ventum, sustolles desuper illud

Actutum, propè nec redeat vis nigra metallo:

Ni facias, redditu immutabitur indita virtus

Jam chalybi. in medio fuerit cum gemma reposat;

Duc illam rufus ferrum super, ut calor intus

Plurimus ardescat venas diffusus in omnes.

Præterea, quoniam languescit tempore longo

*Hæc*

<sup>1</sup> Navigiorum genus apud Sinas, quibus plurimum utuntur.

Item apud  
Septentrion-  
ales.  
Ricciolus  
Geog. lib. 1  
10. c. 8.

Duplex in  
Magnete  
polis.

Quoniam  
acutus vi ma-  
gnifica im-  
pende.

Herculeus vigor, ære tibi stipendus acuto,  
Plurima sive inter chalybis ramenta locundus;

**Ferro armis** Vivida sic vis, amplexuque sovetur amico.

**sus Magnes** Scilicet armari quæcunque potentia ferro

**vim suam** Indiget, ut longos possit durare per annos.

**fervas.** Sed jam naturas, ventis quas Juppiter ipse

Addidit, edoceam. Zephyri felicibus auræ

Aspirant, placidoque intendunt carbasa flatu.

**Zephyrina-** Ratò manè ruunt: sed Vespere sæpius efflant.

**zura, & mo-** Interdum Zephyris cursus spirabilis auræ

**tes.** Est brevis: interdum nitido sub lumine plures

Duravere dies, Phœboque cadente, silescunt:

Incipiunt æstate nova, placidissima quando

Tempestas pelago: rato brumalibus afflant

Temporibus. Palinure, sinus inflare secundos

Da Zephyros, Zephyrosque leves in vela vocatos

Tutiùs infidum lento pede currimus æquor.

Eeo cum Sole citi de fluctibus Eurii

Attolluntur, aquas majori & flamine verrunt,

Quam Zephyri, tepidūq; colunt ver: bruma nec illos

Respuit, aut nimis ardens servoribus æstas.

Crebrescunt multi in noctem; sed cardine cùm jam

Adverso Manes lustrat Sol, murmura ponunt.

Bis quinos persæpe dies vasti æquora Nerei

Lata crient: ad mensem etiam pretendere cursum

Sæpe solent. tu carpe iter adventantibus Euris.

Dum nostrum Titan devexior aspicit Orben,

Exoritur Boreas, gelidisque è rupibus ardens

Labitur, ac rigido Neptunia regna flagello

Quassat: & annosas sub montibus atterit alnos,

Ac strepitu latè miscet nemora alta canoro:

Pulsatæ plangunt valles, & magnus Olympus.

Paulatim murmur ponit, mollisque feroce

Sensim animos: longo languescunt tempore vites.

Vix agitat tandem tenui maria uda flabello.

Donec & halitibus cùm jam sua pabula desunt,

Attenuatus abit. Veluti fornacibus altis

Cùm subito siccis è truncis arida mespis

Suggeritur, concepta statim de somite flamma

Murmure consurgit multo, rapidosque repente;

Altius attollit cuneos, & sydera lambit.  
 Mox ut materies sensim consumpta recessit,  
 Flamma cadit, circumque levi vix sibilat aura.  
 Dissolvit nubes Boreas, cœlumque serenat  
 Luce nova: interdum densatis nubibus astra  
 Obtegit, & dextro dimittit ab axe pruinis.  
 In terras si nocte vaga descendit ab Urso,  
 Tertia lux illum nunquam perflare videbit:  
 Sin minus, ad tenos Aquilo, denosque rigebit  
 Sæpe dies: viginti etiam pulsabit Olympi  
 Sacra Jovi nemora, & maria alta & gurgite miscent.  
 Tu cave, ne primis Aquilonibus in mare puppim  
 Deducas: statione sedens sine flamina prima  
 Paulatim contusa cadant: tunc strata per alta  
 Tende iter, & fessis Aquilonibus utere tandem.

Humidus ex imo, pluviisque, nigerrimus Auster  
 Axe ruit, creberque, hyems adventante, procaci  
 Imbre tonat, nimboque, & plurimus obruit arva.  
 Verum pleni amnes cum cessavere, serena  
 Luce aperit cœlum, & simul æquora lenius urget.  
 Non & certa illi vitæ data tempora; sæpe  
 Vita brevis, totusque leves se vertit in imbris:  
 Sæpe sed alatis inventus in æthere bigis  
 Murmurat, & multo latè ciet æra flabro.

Principiò levis hyberno de Sole sub undas  
 Labitur Euroauster, & æquora molliter afflau  
 Mox densat cœlo nubes, atque occulis astræ;  
 Sensimque assunt vires, & crescit eundo;  
 Donec se totum campo commisit aperto,  
 Tunc cœlo tollit spumantia marmora, & altis  
 Fluëtibus insultat ratibus: ceu nubibus imbris  
 Cum ruptis veniunt; primùm de montibus uadæ  
 Exiguo torrente cadunt, crescuntque fluendo:  
 Cum tandem fluvii, multis jam fluctibus autæ,  
 Insultant magno venientes gurgite campis,  
 Ingentesque imis vellunt radicibus alnos.  
 Äquor agit fundo, rapidosque per æra nimbos  
 Agglomerat; pluviisque cadit venientibus auras.  
 Sæpius autumno ruit imo à cardine Mundi  
 Horridus, ac bruma magis horridus asperat undas,

Auster

Euroauster

Loni-

Longius extendit cursum inam spē reflectit  
 Exactum ad mensem pluvios temone jugales.  
 Principiō, dum crispat aquas, da fluctibus alnum,  
 Nec sine, paulatim vires acquirat eundo.  
 Nam si post quartum vento tua vela furenti  
 Laxabis, non tutus erit per cœrula cursus:  
 Tempestas te dira manet, durique labores.  
 Principiō dum blanda vocat Fortuna, vocantem  
 I, sequere: è manibus sors labitur aurea pigris.

*Supernatis*  
*(Greco)*  
*qui sc̄ di-*  
*gnis est*,  
*quia à sa-*  
*per mari*  
*perficiat.*

Præceps Arctea veniens à sede Supernas  
 Frigidus hyberno crebrescit tempore, & æquor  
 Altius attollit, scopulosque superjacit undas:  
 Discludit nubes, nivibusque incandet, & alma  
 Cœlum luce aperit, lenique adsibilat aura,  
 Et longè pulsis sequitur lux aurea nimbis.  
 Mollior æstate in media felicia mulcet.  
 Equora; net Zephyris tunc lenior invidet aura;  
 Tu sine, surgentis languescant murmura venti,  
 Ut celesti tutus percurras Nerea puppi.

*Africis.*

Densus turbinibus Libyca de sede feroceſ  
 Africus urget equos, crebrisque per æra nimbis  
 Invehitur, flatuque ciet strepitante tumultus:  
 Asperat Oceanum, fluctusque ad sydera tollit.  
 Laxat aquis nunc lora: mari nunc murmure rauco  
 Stridulus incumbit: subitis modò nubibus astra  
 Obtegit, & noctem terris inducit, & umbras:  
 Mox pulsis aperit nimbis, Solemque reducit.  
 Totus & interdum cadit, & filet æquor, & aer.  
 Sed brevis illa quies: nam finibus usque præstis  
 Mox redit è Libycis inopinus, & acrior instat:  
 Frangit aquas, tollitque vadum, miscetque tumultus.  
 Qualis ubi vacuam spectavit Persa pharetram,  
 Ora, fugam simulans, avertit, & æquore cedit.  
 Hinc ubi jam vacuam telis complevit acutis,  
 Impavida cum fronte redit, Martemque laceſſit.  
 Acrior instat equis: rapidas vibrare sagittas  
 Non cessat: transfigit equos, transfigit equorum  
 Sessores una, & crudeli funere mergit:  
 Per cœdes, stragesque ruit. Fuge caurus iniqui,  
 Nauta, dolos venti: cœlo ne crede serenos;

Nan-

Nanque dolos etiam norunt, & fallere venti.  
 Principiò tres ille dies fœdere procellis  
 Afolet; at senos si tres transcederit ultrà:  
 Sæpe nōvem: quos si superaverit, ille profundum  
 Viginti torquere dies solet imbribus atris.  
 Tu Libyco ne crede ratem, Palinure, furenti.

Durus Hyperboreis, Boreæque simillimus oris  
 Circius incumbit, glaciesque indurat acutas,  
 Et cursu in medio fugientia flumina sistit:  
 Nec non & summas pelagi diverberat undas,  
 Et nemora alta jugis horrendo murmure quassat,  
 Hinc ut sylvifragi cecidit gravis ita flagelli,  
 Vela vocat: velum vento committe vocanti.

Hos mores, sibi quisque suos, discriminè certo,  
 Majores ventorum animæ coluere volentes,  
 At quæ consurgunt dextra, lèvaque minores  
 Majorum leges etiam, moresque sequuntur.  
 Sunt & multa, dies quæ longæ, & plurimus usus,  
 Atque aëti pelago cursus te, nauta, docebunt:

Oris, }

Post hinc digressus, jubeo spectare locorum  
 Naturam; pelagi qui nobis æquora venti  
 Ardentis claudunt, aliis felicia pandunt.  
 Certa tenent, & regna; suisque in sedibus illis  
 Exercent iras vehementiùs, arbiter undæ  
 Adriacæ Boreas, & proximus urit Iapyx;  
 Sæpe & ab Odrysiiis flat lenior Orithyja,  
 Ionio in magno fluet us regit Euroauster:  
 Et quoque Tyrrhenum mare concutit, atque patentes  
 Sardi campos, & Galli cœrula ponti.  
 Sed nullus Libyco furit acrior: ille sub astra  
 Ionium, siculumque rapit. Subvesperus at se  
 Creber Tyrrheno nimbofis explicat alis,  
 Et passim freta naufragiiis infamia reddit.  
 Sæpe & Barbaricis crebrescit fluctibus Auster,  
 Et Nothus, è roseo qui turbidus instat Eoo.  
 Virginio in pelago spirat felicior Eurus,  
 Ac simul, hyberno surgit qui proximur Ottu,

*Varia di-  
versis in lo-  
cis ventorū  
natura. Es-  
ceri in cer-  
sis regioni-  
bus regnāt.*

At

---

<sup>2</sup> Sic appellata est ea pars Mediterranei, quæ inter Asiam minorē, Syriam, & Egyptum interfluit: vulgo *Mare di Levante*, quod per eam Europam Cretā devicta est. Brietius in Parallelis Geog. 10. 1. lib. 6. c. 7

*Cos in Me-  
diterraneo,  
& Aegeo  
variosas i-  
te ventorū.*

A venti Aegeis variis dominantur in undis;  
Tot propter medio dispersas gurgite terras.  
Sic conclusa ruunt multi per cœrulea venti,  
Et variis è variis terræ regionibus afflant.

*In Oceano  
sub serrida  
Zona flane  
Eurus, &  
Zephyrus.*

At vero Oceano in magno, quâ torrida cœli  
Zona rubet, paribus semper sese explicat alie  
Eurus, 1. & Eoa surgunt qui sede canori.  
Hi Solem cursu sequantur; & aura volantes  
Fert æquata rates: totoque extenditur anno.  
Contrà ex Occasu 2 Zephyri in contraria flantes  
Æquor agunt: illis sed vis non fortior Euris:  
Hinc & sapè silent, viisque fugantur ab Euri,  
Trans vero Aegeocetum violento à Vespere flabro  
Afflunt Zephyri, Libycique, & cœrulea turbant.

*Ultra Tre-  
picum Ca-  
pricorni Lé-  
bicus.*

Hinc facilis via, Atlantei trans æquora ponti  
Cùm longè alterius lustrant ditissima Mundi  
Litora ab Europa, aut semoti è finibus Euri  
In Libyam veniunt, Solisque cubilia gauli;  
Sive 3 Philippinas lèvo de litore terras  
Ammetices adeunt, & odoriferas Moluccas.  
Longa sed Eoum cùm quærimus, atque remotam  
Taprobananam, atq; Indum, & Gangetidis ostia ripæ.  
Idcirkò Autoz inquirunt cùm regna magistri,  
Ægoceri in circum, transversa ruentibus Euris,  
Obliqua se puppe ferunt: hinc inde sub Ortum  
Percurrunt lèvum spumanti in gurgite Rhombum:  
Atque Eurum evitant, Libycoque afflante feruntur.

*In Oceano  
Indico, ubi  
sunt Insulae  
varietas mi-  
ra venserit.*

Magnus ubi terris tot latè consitus undat  
Oceanus, nou semper aquas, nec tempore eodem  
Eurus habet: multi circum per litora venti  
Temporibus spirant certis: & sèpius undas  
Nocte regunt quidam, quos inde Aurora resurgens  
Non videt, & secum diversos invehit ortu:

Hos

1 Hos Generales, seu fixos nautæ vocant. Indi verù Bryses, qui ab Ortu in Occasum sequuntur motum Primi Mobilis. 2 Hos Indi Vendavalos nuncupant, qui contrà motum Primi Mobilis feruntur intrà Tropicos. 3 Hæ à Philippo Secundo Hispaniarum rege sic appellataz, illius enim auspiciis detectæ à Ferdinando Magellano, anno 1520. sunt numerò plusquam 120, ac precipua est Manilla. olim Basiliæ dictæ.

Nos & quarta sicutim cùm iam collegerit hora,  
 Fervidus in tenues dissolvit Cynthius auras:  
 Ac media cœli zona, quæ vergit ad Arcton,  
**G**ræcus Atlanteo spirat felicibus auris  
 Tempore sub certo, & quinis se mensibus alnis  
 Dat facilem: Notus adverso crebrescit in Orbe.  
**C**ircius Eoo sex flabro linea menses  
 Vela implet læto, totidemque impervius ille est.  
 Sunt & Etesiæ, æstivo qui tempore surgunt,  
**S**olsticio torrente Indos, veniuntque nivosa  
**E**x Arcto, acque auris mulcent maria alta diurnis,  
 Sed cùm bruma rigens distumpit frigore saxa,  
 Tunc & Etesiæ humenti labuntur ab Austro.

Nunc age, divinas artes, & si qua futuri  
**C**ognitio, instantes possis qua noscere ventos,  
 Et tempestatum variarum ediscere signa  
**E**xpediam, Tibi Sol primùm certissima signa  
 Ventorum dabit exortiens: dabit æquore currum  
 Cùm Tarteriaco lavat aureus. ille furentes  
 Excitat & ventos, & tempora mobilis anni  
 Alternat vicibus, signisque futura relatis,  
 Nunciat: eyentus sequitur certissimus illum:  
 Occasu nunquam, nunquam Sol fallit in ortu.  
 Ille ubi fulgentem referet de gurgite vultum,  
 Ac nitidum spargeret jubat oris, ab æthere nimbus  
 Submovet, & ventos cohabet sub rupe silentes.  
 Discolor Oceano cùm surgit, & ore rubores  
 Ardentes mediis jaculatur nubibus, Euris  
 Laxat equos: rigidas dat pallidus ore procellas.  
 Eoum gemino si videris orbe rubentem,  
 Nemo tibi madidum terra convellere funem  
 Suadeat: alatis tempestas horrida nimbis  
 Incumbet pelago: verùm si fulserit orbe  
 Dividuo, da vela Noto, Palinure, vocanti.  
 At si purpureæ fuerint sub Vespere nubes,  
 Aura serenata vix obstrepet humida cœlo.  
**C**æruleæ pluviam, mixta nigredine ventos  
 Imbris admiscent, at si præverterit ortum  
 Igneus erumpens radiis Sol, Dorida fundo  
 Attollit, gelidasque ciet de rupe procellas.

Dudleus in  
Maris Ar-  
ceno.

Etesiæ quæ

Ventorum  
præagie.

Ex Sole pri-  
mam.

Sig

Sin ortu in primo obtusus sinè nubibus ibit,  
 Collige, nauta, sinus; præceps ruet imber ab alto;  
 At si per cælum stipatus nubibus ibit  
 Igneus, & radios medio de corpore vibret  
 Exiguus, metuenda ruet sinè more procella.

At mihi jam nitidum cœli decus, aurea Phœbe  
 Offert se varia vultus sub luce notanda.

*E Lune  
Præfigit*

Illa tibi in primis spectanda in litore, nauta,  
 Ante coronatas quām solvis ab aggere puppes.  
 Illa regit fluctus: illi vaga cœrula parent;  
 Et ventos ditione premit: nunc illa quietos  
 Irritat ventos: nunc mitigat illa feroce.  
 Ergo ubi consurgens argentea cornibus ibit,  
 Purpureum sinè nube diem, Solemque serenum,  
 Et pacata maris denunciat æquora ventis.  
 Tunc vadæ Campani per litora nota phaselis  
 Solicitant; luditque hilaris per transtra juventus.  
 Pallida dat pluvias: rutilet si flammea, ventos:  
 Si nigræ incipiunt nubes miscetier igni,  
 Vnde tunc Tethyn, cælumque ardere videbis  
 Fulminibus, Nereusque furet, strepitante procella.  
 Heu male deprensis longè trans litora nautis!  
 Bis ego jactatus nigra sub nocte procellis  
 Ionio in vasto, Siculique in gurgite ponti,  
 Semianimis lacera in terras cum puppe redivis;  
 Votaque servatus vix tandem in litore solvi  
 SABERIDÆ, & LOZOLAE, & PARTHENIAE GENITRICI.  
 At si per cælum gemino Latonia circo  
 Fulgeat, horrendo pelagus quassabitur imbre.  
 Tertius obscurò rutilet si circulus orbe,  
 Improvisa cadet tempestas horrida cælo,  
 Puppibus, arboribusque trucem latura ruinam.  
 Id quoque non cura nautis leviore notandum;  
 Si cùm Luna jugo se subterahit, æthere ab alto  
 Ante diem quartum non fulserit humida terris,  
 Mense dabit toto pluvias, ventosque ciebit.  
 Candida si fuerit, cornuque nitebit acuto,  
 Tende iter: exactum ad mensem matia uda filebunt.  
 Sed te, quod pauci norunt, adverte, docebo.  
 Cùm filet illa, mari quæ murmurat aura, notato:

Si

Si tribus aspiret venientibus & illa diebus,  
 Vix tandem ponet sua murmura, cum vaga Phœbe  
 Assurgens gibbum monstraverit æthere dorsum.  
 Si pluvij fuerint illi, pluviique sequentur  
 Mox alii: rosei, rosa si luce nitebunt.  
 Sic etiam pleno cum surget ab æquore cornu,  
 Quales tres alii, tales nascentur ab illis  
 Exactum ad mensem reliqui, spirare diebus  
 Si geminos illis spectabis in aëre ventos,  
 Illos tu pariter toto sub mense videbis  
 Alterno gremulum verrentes flamine pontum,  
 Tandem & vere novo quali se Delia vultu  
 Ostenderet, talem mediis fervoribus æstas  
 Aspiciens: talem squallens quoque bruma videbit,  
 Qualis, 3 in autumno primo spectabitur ortu.  
 Quin 4 ortu in quinto, si quarta fulserit hora  
 Candida, per totum fulgebit candida mensem,  
 Si contraria, rigidis tristabit cœrulea nimbis.  
 At si forte trucem convenierit illa Gradivum  
 Obtusa, aut medium currat nigra Virginis orbem,  
 Tutos quære sinus, & amicos, navitatem portus:  
 Formidandus aquis descendet ab æthere turbo.

Quin etiam Superumque domos, Titaniaque astrea  
 Contemplare, vices rerum, matueraque vertunt  
 Tempora, continuo labentia sydera motu,  
 Contemplator item, quo cœli sydera vultu  
 Aspiciat Sol ipse pater, qui singula lustrans,  
 Et duodena suum percurrens signa per orbem,  
 Aspergunt astrorum vario diversa per annum  
 Tempora, diversaque vices moderatur, & ortus.  
 Ille Cleonzo cum iam descenderit astro,

Ex Afric

H

Fe.

1 Autumant multi ex toties repetito experimento illum ventum  
 spiraturum per totum Lunæ mensem, qui à novilunio usque ad tertium diem spiraverit, immò tales futuros reliquos mensis dies, quales tres primi post Lunæ silentium fuerint. 2 Qualis fuerit verna luntatio, tales reliquæ per totum ver, & æstatem. 3 Qualis verò autumnalis, tales, & alias per totum autumnum, & hyemem, quod quidem certò experimento est comprobatum. 4 Existimant plerique certum indicem, auctoremq; futuræ serenitatis, vel tempestatis esse diem quartum post interlunium, sed falluntur, certus auctor est quarta hora diei quinti, ut eruditis placet.

Felices slabunt Zephyri, tepidique Favoni  
 Multos aura dies crispabit molliter undas.  
 Si verò æquatis surgat cum Lancibus, imbræ  
 Descendent, rabidique invertent marmora venti.  
 Eoo rutilant cùm Pleiades Atlantez,  
 Da pelago, Palinure, rates, auðoribus istiss;  
 Nunquam Taygete, nunquam te candida Maia  
 Fallet, & insidiis nunquam capiere Celènus;  
 Ni forsitan lacrymis vultum madefacta decorum,  
 Taygete pluvios cœlo demiserit imbræ.  
 At si uanà cum Sole cadant, fuge gurgitis alcum  
 Navitas tunc crebris Aquilonibus æquora turbant  
 Pleiades. Arcturo si Sol comitante resurgit,  
 Præq; illum Arcadium summo venit æthere Plaustrum,  
 Cautè, nauta, fretum, dubia nec nocte secandum;  
 Nubigena Ægypto Notus irruet, aut vada tollet  
 Africus è Libya irrumpens. si Phœbus Afellis  
 Cum rudibus surgat, summoque incedat Olympo,  
 Aut mediā Andromedā, aut Neptunia monstra secutus,  
 Indignatus aquas mixta cum grandine mittet:  
 Turbat maria, & tonitru cœlum omne ciebit,  
 Verùm cæruleas si duxerit orbe choreas,  
 Et niveus placido assult averit æquore Delphin,  
 Leniter afflantes Zephyros, Caurosque movebit.  
 At si stellatum mergat caput ille sub undas,  
 Albescer cœlum nivibus, ventique sequentur.  
 Candidus aurato rutilat cui baltheus ense,  
 Cùm cœlo ardentem circumspicis Oriona,  
 Nauta, hyemes fuge nimbi feras, fuge cærula, nec te,  
 Nec tibi commissos in certa pericula mitte.  
 Horridus ille armis, magis horridus ille procellis:  
 Horridus exoriens, & cùm se condit in undas  
 Horridus Orion, rapidisque impervia reddit  
 æquora turbinibus, & non tractabile cœlum.  
 Ipsa procellosos etiam Jovis armiger ales  
 Irritat nimbos. Nemæzo sydere ab amne  
 Cùm Sol Oceani surgit, dat nubila, & imbræ,  
 Et Boream ciet, ardenti sed Sitius astro,  
 Vel ruat, aut nitidum caput exerat igneus undis,  
 Densos turbinibus, Libycumque, Austrumq; movebit,

At-

Atque Eurum, atq; Noto's, atq; imbriferos Aquilones.  
**H**esperias Hyadas cum videris et quore tingi,  
**C**nosiaque ardantis descendere signa coronæ,  
**E**t mare sollicitum, & crebris Aquilonibus imbræ  
**S**int certi, Palinure, tibi. Si 1 lucida Tauri  
**E**xoriens rutilat, vel diri 2 filia Phœsci,  
**L**onginquas iter in terras instarē caveto.  
**C**um matutinus cælo vaga Plaustra Bootes  
**I**nflæctit, paustumque boves præsepibus urget,  
**T**emperiem, Zephyrosque, & molles flamine ventos  
**N**

Ipsa tibi pariter picto Thaumantias arcu  
**S**igna dabit. Pluviam cælo si fulserit ante,  
**F**undet aquas: lætos si post curvabitur imbræ,  
**A**uricomos aperit Soles, cælumque serenat.  
**P**urpureis si tincta notis nimis illa rubebit,  
**A**ëolizæ flabunt animæ: dare vela per altum  
**N**e dubites: tua vela canent felicia Coris.  
**V**erum cæruleo si fulserit illa colore,  
**E**cælo largos demitteret Juppiter imbræ.  
**S**i geminæ geminos latè curventur in arcus,  
**I**ngenti torrente cadent de nubibus amnes.  
**V**ersicolor tepidum cum se diffundit in Austrum  
**I**ris aquas, tonitruque, & concita fulmina mittet:  
**S**i verò in Boream, fulgebit candida summo  
**L**ux cælo, cælique simul convexa nitebunt.

*Ex Iride.*

Hinc & digressus, terras quibus ipse procellas  
**J**uppiter ostendat signis, jam carmine dicam.  
**S**i noctu plures diverso à cardine cæli,  
**A**rdentesque cadant stellæ: si fulgura, & ignes  
**C**rebra micent, seque vagi in contraria cursu  
**E**xiciant, subitæque, greges velut, aëre nubes,  
**A**ut ceu detonsæ, concurrant ordine, lanæ,  
**V**el ratibus properent, montesque oblexere certent,  
**M**agna mari vasto incumbet stridore procella.  
**S**i summo antennæ vivaci lumine cornu  
**S**ola Helena insidat, Divos, Palinure, vocato  
**S**upplicibus votis, ventorum prælia, & iras  
**A**ccendet dea fæva, omnemq; a gurgite pontū

*Ex Iride.**Helena sc.  
postatis si.**Quas- gram.*

<sup>1</sup> Oculus Tauri, Palilicium Romani vocabant; nam in illius ortu  
 Palilia sacra fiebant. <sup>2</sup> Medusa caput.

Quassabit nimbis, & tempestatibus artis;  
Ut quondam bellis Asiam vastavit, & armis.

*Tyndarida  
gemini se-  
renitatis*  
At si i Tyndaridæ gemino splendore coruscâ  
Navibus ex imis surgant (quia navibus imis.  
Sulphurei exhalant piceo nidore vapores)  
Et gemino antennæ pacati in vertice fidant,  
Pone metum; rapidos turbato ex aëre ventos  
Pulsabunt, tetras & amica luce procellas.

Cæruleum quoque signa dabit mare, & ipse futura  
Prædicet Proteus, mendax si cætera Proteus.

*Ex mari ip-  
so præfigit.*  
Quin & aves pelagi, fulicæque per antra repotæ,  
Halcyones scopulis, udoque in litore mergi  
Signa dabunt, mediisque vagi delphines in undis;  
(illis quippè mali mens est præsaga futuri)  
Cùm scopulis spectas pendentes ponere nidos  
Dilectas Thetidi Halcyones, sinu ipse videbis  
Ire serenatos innubi lumine Soles.

Verùm cùm fulicæ, celeresque per æquora mergi  
In turmas, aciesque ruunt, cursantque sonando,  
Aut choreas ducant cœli sub luce serena  
Cærulei delphines, & undivagæ Sirenes,  
Seu turpes vituli, & summo nant gurgite cete,  
Et longo navim spatio comitantur euntem,  
Suspecti tibi sint nimbi: nimbique timendi,  
Cùm transversa citi fugiunt per salsa, lapillis  
Ora saburrati, aut stipent sese undique cancri,  
Ostrea vel scopulis si fixa tenaciùs hærent.  
Dum mare tranquillum trans litora, murmure rauco  
Obstrepit, & longè responsant concava saxa,  
Tempestas sylvis, pelagoque parabitur ingens.  
Si lanæ videas albescere vellera ponto,  
Fervore pacato varias in gurgite bullas,  
Adventare hyemem, & longùm durare procellas  
Aspicies, Palinure. Noto cùm surgere nullo  
Jaçtante incipiunt maria alta, & nigra repente  
Spectatur Nerei facies, fœda æthere ab alto  
Tempestas descenderet, & æquora spumea tolleret.  
Murmura si dederint cautes, penitusque sonarint

Tur-

<sup>2</sup> Caster, & Pollux si gemini sint ignes serenitatis signum: si una tantum fax Helena dicitur, & naufragium præagit, nautæ vocant *Fuoco di S. Elmo.*

Turritis scopuli, aut portu increbescere murmur  
 Cœperit, & longè strepitus reboare sonantes,  
 Aequora ventus aget: sed cùm mutata repente,  
 Cœrulea subsidunt, passimque nigrescere fluctus  
 Incipiunt, lœvesque mari substernier undæ,  
 Et longos undæ tractus imitantur arenæ,  
 Pacatoq; alto diffundet Juppiter amnes.  
 At cùm cœruleas substernet leniter undas  
 Tranquillus Nereus, longosque per æquora tractus  
 Luce colorari varia, sparsimque videbis  
 Undarum seriem nitido splendescere ponto,  
 Solve ratem: nunquam nam te pellacia fallet,  
 Nauta, nec insidiis Thetidos capiere serenæ.  
 At color Oceano multus si cœruleus ille  
 Fulgeat, Auster erit: verum si mixta nigredo,  
 Descendet Boreas nivibus stipatus ab Ursa.  
 Cùm tempestivè se conciet æstus, iniqua  
 Tempestas tonitru veniet comitata sonanti.  
 Demum quæ cœli facies, quæ tempora Titan  
 Luce vehat, qui ventus erit, quid cogitet Auster,  
 Ipsa tibi ostendet facies maris. Aequora nunquam  
 Fallent. Illa etiam populorum instare tumultus  
 Sæpe monent, cœdesque, infandaq; bella per Orbem.  
 Illa etiam motus Siculorum, atque horrida bella  
 Gallorum monuere, sacro cùm fædere rupto,  
 Heu male discordes! moverunt prælia gentes.  
 Longa quies nocuit, bellumque licentia movit.  
 Vidimus undantes longè trans litora fluctus,  
 Tyrrhenumque vadum scopulos super ire refusum;  
 Fervore Leucopetram, Vulcania regna cavernis  
 Horrendum mugire, fredo resonante procellis.  
 Vidimus immanem canibus latrare marinis  
 Scyllæ sub rupe deam, sœvamque Charybdim,  
 Heu miseros! vasto discerpere gurgite nautas.

Tempore quanquā illo cœlum quoq; & arida Tellus  
 Signa dabant: quoties Liparæ sub rupibus altis  
 Dira laborantes fabricare audivimus arma  
 Cyclopes, rupto quoties & vertice montis  
 Vidimus undantem flammis liquefribus Aetnam  
 Latè arva, & villas, urbesque ardere Sicanas.  
 Arduus ipse etiam liquefria saxa sub auras

*transversi;  
omnibus.  
præsigia.*

Vesbius eructans glomeravit, & ignibus arsit  
 Proxima, disruptis fornacibus, horrida Phlegra.  
 Diffundi montes, terraque dehiscere passim  
 Vidi mus: excusæ timuerunt motibus urbes.  
 Quin præter solitum per litora curva dedere  
 Halcyones lamenta; altoque in vertice mergi  
 Et fulicæ in scopulis, & per deserta latentes,  
 Infandum, visæ nigris ululare sub umbris.  
 Nunquam tot stellæ ex alto cecidere sereno  
 Æthere, & in partem visæ transcurrere levam:  
 Ex alto totiis nec i descendere minaces  
 Dicturi cedes, atque horrida bella Cometæ.

Ergo iterum placuit bellis ardere Pelorum,  
 Sanguine, & Ionum, Siculumque tubescere pontum,  
 Scilicet Ausoniam toties hostilibus armis  
 Non satis eversam, vastataque regna tyrannis.  
 Tempus erit, magno resonans cum turbine Nereus,  
 Litoribus tormenta, pilas, diffractaque rostra  
 Egerat: auratas puppes, resonantiaque æta,  
 Et galeas sicco spectabiliter naua.

Dii Superi, veneranda Trias, tuque aurea Mater,  
 Et vos indigetes Divi, Sacrique & Cruores,  
**AUSTRIACUM** saltem juvenem succurrere rebus  
 Ne prohibebas: satis commissa piacula nostro  
 Sanguine jam luimus, nostri pars maxima regni  
**CAROLVS.** Hic patris lapsum vireutibus Orbem  
 Restituet: Martemque, & tristia bella fugabit:  
 Et pacem terris, atque aurea secula condet.  
 Quippe ubi præcipites egit furor, iraque mentes,  
 Fœderaque, legesque, & fas abrumpitur omne.  
 Hinc movet Oceanus, movet illinc Sequana bellum:  
 Hic furit immanis Sicula sub rupe Charybdis.  
 Ut cum tempestas pelago descendit ab alto,  
 Ipsa per abruptum trahitur, quod turbine multo  
 Eurus agit, nec curva audit retinacula puppis.

<sup>2</sup> Iuxta Senecæ sententiam, quam & nos secuti sumus in Cometa anni 1681. qui lib. 7. cap. 12. sicut habet; *Ego natus non afferior. non enim existimo Cometem fabitanum ignem. sed inter aserna opera nostra.* Permeant igitur per altissima cœli loca, itaisque temporibus ad nos descendant, sequi videndos mortalibus tanquam ferales nuncios præbeat; inde ut recessere, evanescent. <sup>2</sup> D. Ianuarii, Io: Baptista,





*F. Solimene Inv.*

*F. De Louuemont sc.*



## NAUTICORUM

### LIBER IV.

**I**nactos tentare sinus, fluctusque tumentes  
Jam tempus : me regna vocant Neptunia, & uidi  
Tritones, Zephyrisque venit spirantibus aura  
Cyrrhæa de rupe cadens, sylvisque relicta,  
Nec mecum invitus per cœrula fertur Apollo.

At tu quo regum de sanguine clarus avito,  
CAR DENIDE, mecum vento da vela vocantis  
Et juvee undosi percurrete cœrula ponti:  
Non aliena petes tu regna : tot ibla per annos  
Majores tenuere tui, qui clasibus altum  
Tyrrheni campum, & fluctus spumantis Iberi  
Sulcarunt, clari bello, partisque triumphis.  
Quare age, regnatas pelagi descendere sub undas,  
Et sine cœruleam tua tempora cingere myrtum.  
Forsitan alter eris Deus æquoris. En age, segnes  
Rumpe moras: lati pulsant cita marmora cornu  
Tritones, eversantque vagi delphines in undis.

Quod si et aliquis forsan, ruris qui nuper amore  
Captus, odoratis halantes floribus hortos,  
Et nemora, & fontes cecinit: croceisque corollam  
Floribus æternam sibi texuit, alta Maronis  
Tendentis cœlo vestigia ponè secutus,  
Atque per ora virùm plausu volat undique victor:  
Jam nunc bella paret, Magnique illustria Regis  
Facta, & vicitices etiam contexere palmas,  
Carmine Mæonio. Felix cui numine multo

Renati Rapini elegi

H 4

Se

<sup>r</sup> Et hic *Renatus Rapinus* Gallus Turonensis S. Iesu, qui scripsit elegantissimum carmen de cultu hortorum, summo plausu tota Europa exceptuata, & styli candore, & mira facilitate dicendi inter seculi contum postas facile ascribendus.

Se penitus totum inspirat per pectora Phœbus:  
 Atque opus in tantum properat Deus. at mihi fluens  
 Tentare intactos satis est, & litora circum  
 Errando è scopulis humilem decerpere muscum.

Ergo age, securos cœli quo sydere portus  
 Linquete conveniat, ventosque in vela ruentes  
 Accipere, & longos per marmora tendere cursus:  
 Et clavi quæ cura prior sit habenda magistro,  
 Quanta & Acus, picti quanta experientia Mundit:  
 Quo tempore in situ de navigatio.  
 Jam canere aggredior. Pelagi dum gurgite ab alto  
 Oleniæ assurgit sydus glaciale capellæ,  
 Et simul adverso cedens Olor occidit astro,  
 Cùm primum rosei cœlo splendescere Soles  
 Incipiunt, lenisque mari substernitur unda,

Martio, in e  
ante Vero.  
 Tunc patrios nautæ festinent linquere portus,  
 Carpere iter velis, longisque insistere remis.  
 Quales purpureos cœlo dum surgere Soles  
 Aligeræ volucres spectarunt, candida cùm lux  
 Perlustrat medium nitidis splendoribus orbem,  
 Ardentes Libyæ colles, sylvasque relinquunt  
 Depastas: iter arripiunt, fugiuntque per undas  
 Remigio alarum, & cursu maria alta peritant:  
 Cùm tandem vada salsa maris, camposque liquefiant,  
 Italiam emenſe veniunt, sylvasque revisunt,  
 Et notos latè colles populantur odoros.

Verum Neptuni per cœrula tutiū ibis,  
 Si terris funem abrumpas, cùm fluens altis  
 Jam matutinæ Atlantides attolluntur  
 Sub Maii finem, placidas cùm carbasus auras  
 Evocat, & Zephyri veniunt in vela vocati,  
 Nanque sub Aprilem, varique exordia Maii  
 Sæpè die in medio, & cœli sub luce serena  
 Texitur exemplò densatis nubibus omnis  
 Æther, & Libyæ strepitans Notus irruit oris,  
 Et mare subvertit fundo: longumque procellæ  
 Durabunt, tumidisque furet Neptunus in undis.

At verò ut terris fugiens os condit honestum  
 Quando et cùndendi portus.  
 Pleias, & Oceani vitreos pede concitat amnes,  
 Occlusi tibi tunc portus, tibi cœrula clausa  
 Semper erunt: longè spectabis, navita, pontum.

Et tuta statione hyemes durabis aquosas.  
 Nam tentare sinus, & equis dare lora marinis  
 Jura vetant: nec faustus aquis comitabitur altis  
 Ipse coronatam puppim Portunus euntem.  
 Haud equidem Superi temeraria vota secundant.  
 Tunc gelidae terris hyemes, pelagoque rigescunt,  
 Et furit Odrysius Boreas, atque humidus Auster.

Nemo mihi postquam subiit maris & quora Pleias,  
 Octobre exacto, jubeat violare sonantes  
 Tyrrheni fluens pelagi, pontique Sicanis,  
 Seu fuerint Calabri, vel proxima regna petenda  
 Trinacriæ, aut longè fuerit lustrandus Iberus.  
 O fugite, ò socii, Calabros, portusque Sicanos,  
 Nec vada Tyrrheni medio tentate Novembri;  
 Nanque ego bis dicto parens (parere necesse est,  
 & equaliter duri non sunt mandata magistri)  
 Parthenope procul è patria mea vela sub ipsum  
 Invitus per salsa dedit nimbosa Novembrem,  
 Visurus Calabros, cognataque regna Sicanum;  
 Bis etiam tumidis periisse mersus in undis,  
 Ni Pater ipse manu magna SABERUS ab alto  
 Traxisset pelagi rotantem aspergine multa.  
 Nam cùm i Pæstani legerem cava litora Ponti,  
 Et i Silari circùm patrio vada flava phaselio  
 Solliciti urgerent nautæ, rectore ; Melantho,  
 Fortior assurgens mediis è vallibus aura  
 Irruit improvisa: latus dedit aëta sub undas  
 Transversum ratis, & medio penè obruta fluens est,  
 Sed quid plura? (juvat causas reticere malorum,  
 Ne vix sopiti consurgant corde dolores)  
 Me pater è pelago servatum ad litora vexit  
 SABERIDES, cui Musa chelyn pro munere vovit  
 Quæ rea nunc voti quæcunque hæc carmina solvit.

Verum si cælo noctes fulsere serenæ,  
 Vos semper, nautæ, noctes optate serenas,  
 Cùm jam luce nova, & falcatis cornibus errat

Au-

Pasis pene  
 manus fragili  
 ex istempe  
 fliva ne-  
 vigojous,

Serena uia  
 Uer . Ia-  
 nnario inem  
 mato, ual-  
 gationi, ope-  
 portuna.

<sup>1</sup> Pæstanus Sinus à Pæsto, rosariis nobilis, dictus, nunc ab urbe Salerno Golfo di Salerno. <sup>2</sup> Fluvius Picentinorum, Selenus. <sup>3</sup> Archianus Marchius Neapolitanus, maris, & ventorum notitia, vel in paucis egregius.

Aurea per æcum Phæbe, & novus incipit annus,  
 Carpere iter velis trans æqua, non tibi durus  
 Ipse veto, si salsa maris freta findere puppi  
 Urget opus, terrasque alias penetrare necesse est.  
 I securus aquis; illo nam mense serenus  
 Fulgebit cœlo Titan, pelagusque filebit.

*Et Alcedo-  
nia quies.*

Est etiam tranquilla suis non mensibus æstas,  
 Halcyonum dixere dies, quibus aurea cœlo  
 Lux nitet, & tacita venti sub rupe filescunt,  
 Et flatus pelago torpens emitte sub illam  
 Carceribus currum, terrasque inquire latentes.

Prætereà nunquam committes puppis Austros,  
 Ni priùs incipiat cœlo jam Luna videri,  
 Postquam fraternalis convenerit æmula bigas.

Aut librata jugo pleno jam lucida cornu,

*Prinſquam  
diſtore ſel-  
vans, Lunæ  
cūſulere  
nantes e-  
pus eſt.*

Egerit alatos ſuda ſub nocte jugales:  
 Aut priùs in medio fulgens ſublimis Olympo  
 Dividuum terris, pelagoque oſtenderit orbem.  
 Nam tunc Oceanum, noctis nitor, aurea Luna  
 Concitat, Æolioque ciet de carcere ventos:  
 Vel fugat, & ponti jam turgida marmora placat:  
 Ipsiſ vices etiam dominæ maria alta ſequuntur,  
 Omnis & humor aquæ, & terræ circumfluus aët.  
 Nunquam inconsulta ponti per cœrula Luna,  
 Incertum tentabis iter, Palinure, reliquos  
 Si ſalva cum puppe velis ſpectare penates.

*Et ampli ſo-  
tius, maris-  
que perſpe-  
ctus.*

Insuper his, alto cumuli de vertice primam  
 Sub noctem tacito labentia ſydera cœlo  
 Inspicias, flatusque vagos, auramque patentem:  
 Si conſtet cœli facies, & lumine puro  
 Astra micent: extrema maris ſi muta quiescant:  
 Si gelidæ ſpirent auræ, ſi montibus attræ  
 Insidant ſparsim nubes, vigil undique circum  
 Cuncta oculis luſtra tacitis, aure aera capta  
 Sollicitus, ne forte dolo capiare fereni  
 Ætheris, que blandi fallat pellacia ponti.  
 Qualis ubi densum ductor movent agmen in hostem,  
 Explorat loca cœca priùs, circum omnia luſtrat

*At-*

---

\* Alcedonia quies, Αλέδη δι S. Mariss. Itali vocant, quæ ferè No-  
 vembri, vel Decembri contingit.

Attentus, ne sylva dolum struat inter opaca  
 Densorum nemorum, atq; hostes nigra integrat umbra.  
 An duri occurant saltus, montesque nivales,  
 Aut vallis veniat superanda, aut flumina lata  
 Longarum cursus interruptura viarum.  
 Prudentis sic cura ducis: sua munera cauti  
 Hæc etiam rectoris erunt: instantia rerum  
 Momenta, & caussas simul inspexisse malorum:  
 Ac vigili lustrasse oculo mare, sydera, terram,  
 Ante procellosas quām det suā velā per undas.

Verūm ubi marmoreo religatam ex aggere ripæ  
 Solvere jam puppim, portuque emittere certum est,  
 Litoribus geminas tendens ad sydera palmas,  
 Principiō venerare Deos, quorum æquora curris,  
 Et quibus imperium ventorum. Sic freta cœca  
 Audaci findes cum puppe; volentibus & Diis  
 Quo te cunque vocet Fortuna, per æquora tutus  
 Ibis, & incolumem advertes ad litora proram.  
 Navita, funde preces, Divosque in vota vocatos;  
 Semper & è Superis exordia fausta petantur  
 Incœptorum operum: Diis semper agentibus ipfis,  
 Lætaque principia aspicies, cursusque secundos:  
 Et nihil invitîs Superis sperare licebit.  
 Principiō veneranda Trias, atque aurea Mater,  
 Dilique, Deæque omnes veniant in vota vocati:  
 Et placido intendent canentia suppara flatu.  
 Imbriferos Cœlo nimbos, pelagoque procellas  
 Discludent toto rigidas, atque astra malignæ  
 Tyndaridis nymbosa procul de puppe fugabunt.  
 Ipse etiam in primis placida in statione vocatus  
 SABERIDES, magni rector maris, æthere ab alto  
 Descendat, vultuque hilari, quo sydera placat,  
 Quo fluctus, ventosque truces, cœlumque serenat,  
 Aspiciat trepidam venturam in cœrula puppim.

*Superis, se  
curfus fer-  
mantur, prius  
cipio, tales.  
di.*

His actis, lenes quoniam cita carbasus auras  
 Matura jam nocte, vocat, cum luminæ tollit  
 pura mari, socioque choro micat aures Phœbe,  
 cornibus ex altis læto jam murmure nautæ  
 Carbasæ demittant, ventosque à puppe tuentes  
 Accipiant, faciantque pedem, cunctaque finistros,

*In-*

*Clavi mo-  
deramen  
Zeliori  
quam accu-  
rare tenen-  
dam.*

Indè sinus solvant dextros : unà ardua flectant  
Cornua, deflectantque ferent cito flamina pinus.  
Sedulus interea considerans puppe Magister  
Intentus clavo, clavoque immobilis hærens,  
Stet promptus torquere manu retinacula, quà se  
Ventus agit veniens, cursusque, & sydera ducunt.  
Omnis & in clavo docti stet cura Magistri.  
Ac veluti loris currus auriga volantes  
Hæc, illæc, quà poscit iter, cursusque viarum  
Inflexit, varioque volans terit æqua gyro.  
Non aliter curvo Rector temone carinas ,  
Quà ventus, cursusque vocat, reget æquore vasto.  
Si læva errandum pelago, de puppe Magister  
Impiger ad dextram inflectat i citalora: sed illa,  
Si plaga terrarum fuerit lustranda sinistra,  
Torqueat in dextram: si rectus in æquore cursus  
In medio, Palinure, loca retinacula puppis:  
Nam sic directò celeri vada concita lapsu  
Alnus arat. Tortas veluti quà flexit habenas  
Exelso insidens curru moderator equorum,  
Quadrupedes docti strictis parere lupatis,  
Incedunt, promptique terunt iter: ætea puppis  
Haud secus, incurvum quà flexerit ipse Magister  
Temonem, cito carpet iter, fluctusque secabit.  
Exigua nam mole licet stet puppe sub alta  
Adnitus gemino circùm versatilis unco,  
Attramen æratas magna cum mole carinas  
Hæc, illæc contrà, pelago oblustante, retorquet,  
Quà ventus, cursusque vocat, quaq; ipsa petit res.  
Ferreus ipse velut parvo cum corpore vectis  
Marmoraque, lapidesque, atq; alta mole columnas  
Submovet, & grandes scopulos, rupesque revellit.  
Mensa deinde super lævi, puppique sub ipsa ,  
Nauta, coloratos & orbes, pictasque tabellas  
Extendas, pariterque plicata volumina volves,  
Tota quibus terræ facies, pelagique sonantis

Cæ.

<sup>2</sup> De ipso clavo accipiendum; qui in oppositam partem vertitur, non vero de manubrio, quod ad eam partem convertitur, quia navis dirigenda est. Mappas scilicet hydrographicas, le carte di navigare appellavos Itali.

Cæruleis distincta notis, minioque rubescit.  
 Ardua conantis magnus labor artis, & altum  
 Ingenii solerti opus, quo surgere majus  
 Haud equidem quid posse reor; namque ultima rerum  
 Jam docta tetigere artes fastigia, & ipsum  
 Se super ingenium, atque hominum solertia vexit.

Ipse colorata totus sub imagine mundus  
 Cernitur, & justis spatiis distincta locorum  
 Intervalla jacent, quicquid spectabile rerum  
 Orbis habet, totum tenuit uero cortice pictum  
**A**spicies. Celso tolluntur vertice montes,  
 Atque coloratis circum nemora alta virescunt  
**A**rboribus: medio valles umbrantur opacæ,  
**A**ppiæ ludunt pecudes, luduntque capellæ  
 Prata per, & pictos colles, & Tityrus illas  
 Pictus agit: mentita procul viret herbida scena;  
 Et fera mentitis sylvarum ambagibus errat.  
 Hic urbes etiam vallantur, & oppida muris  
 Exiguis, surguntque jugis castella nec altis.  
 In breve contracti spatium cernuntur & ipsi  
 Ingentes fluvii, stridensque anfractibus errant;  
 Depictasque inter ripas labuntur in æquor,  
 Ingens circuitu parvo se colligit alveo  
 Verticibus Lunæ Nilus devexus ab altis:  
 Exiguis fluit Indus aquis, & maximus Ister.  
 Vix tabula Rhodanum cernes, Hypanimque sonantem;  
 Eridanumq; vagumq; Tagum, Mysumque Caiçum,  
 Et vix appiæ Sebethus in orbe pererrat.  
 Magnus in angusto riparum margine clausus  
 Fluunt Oceanus: pictis crispantur in undis  
 Äquora, & exquo trepidant circumdata limbo.  
 Tollere se simulant miniato in gurgite fluctus,  
 Advolvique vadum, scopulosaque litora propterea  
 Allidi, & fracta rorare aspergine cautes.  
 Äolæque animæ nisu conantur inani  
 Flaminibus turbare salum, cœlumque procellis:  
 Appiæque fremunt muto stridore procellæ.  
 Hic plana in pictum Tellus se porrigit æquor,  
 Et longum exurrit, cuneoque simillima acuso  
 Deficit in punctum, & tremulis vix tollitur undis.

Picti orbis,  
 seu Mappa-  
 rum de-  
 scriptio.

Al-

Aktior hic digito simulat se tollere cælo  
 Verticibus summis, sensimque asperima duras  
 Scinditur in cautes: curvata hic brachia tendit,  
 Atque sinus gremio complectitur. Iridis instar  
 In medio sensim longos curvantur in arcus  
 Litora: turriti surgunt, ceu cuspis, ad auras  
 Hic scopuli, cautesque, fredoque interlita saxa.

Præterea quæcunque Thetis circumfluit undis,  
 Descripta in parvo spectabis singula mundo.  
 Pontus ubi cœcas tumido tegat æquore syrtes,  
 Occulat & brevia: & scopolis ubi dura rigescant  
 Marmora, & horrendæ surgant ad sydera rupes.  
 Infames cæco signantur gurgite syrtes  
 Cuspidibus nigris: brevis & Brevia invia punctus  
 Præsignat, curvis statio quæ fida carinis,  
 Atque sinus tacitis in sedibus abscondantur,  
 Et placidos inscripta tibi notat anchora portus.  
 Pictus & ipse tibi monstrabit cortice mundus,  
 Insula ubi mediis pelagi tollatur ab undis,  
 Quæ laterum obiectu rutos det litore portus,  
 Cum freta Neptunus rigido quatit alta tridente.  
 Quæ fluat Oceanus, refluatque citissimus undis,  
 Et quas ille plagas cursu petat incitus, & quas  
 In se dum resilit spumantia lora retorquens.  
 Singula quos servent mores maria humida, vel quæ  
 Sit cunctis genius suus unus, & ipsa locorum  
 Quid natura ferat, quid respuat: una nec illis  
 Conditio est, habitusque suus non omnibus unus.

*Diversæ  
meritis &  
ditio.*

Nanque hæc sollicitis sunt hospita cœrulea nautis,  
 Invitantque ratem: hæc sed inhospita pupibus: illa  
 Nunc placidum sternunt salis æquor, & aurea rident  
 Nunc tollunt sublime caput, cœlumque lacescunt.  
 Hæc Zephyro gaudent, atque hæc spirantibus Euris:  
 Illa Notis pulsata tremunt: hæc humidus Auster  
 Verberat, hæc Libycus: verum hæc Aquilone tumescunt.  
 Cuncta suis, Palinure, locis signata videbis  
 Membranæ in picta, & radio bicolore notata.  
 Hæc sit & in primis tibi maxima cura, priusquam  
 Expandas tua vela Notis, in cortice pictum  
 Docte orbem legisse, dies quem multa notavist.

Tu-

Tutius hoc ibis medias, Palinure, per undas;

Insuper inscripti visuntur vertice ab uno

Per gyrum radii, referuntque coloribus aureis

Spirantes vario Mundi de cardine ventos.

Lilia cuspidibus quæ summis linea præfert,

Arctoo Boream venientem ab sydere monstrant.

Et reliquos alii ventos tibi, nauta, rubentes

Ostendunt radii: nostro quos carmine doctum

Te meminisse decet. Sed jam tibi versibus opto,

Qui primo in cursu ventorum maximus usus,

Et fortunati quæ sint exordia cursus,

Dicere. Depicto ponatur eburnea pyxis

Orbe super, quæ mota polum monstrabit, & astra,

Quaque diem referat Titan condatque relatum,

Et ventus quo quisque suo de cardine spiret:

Atque plagas omnes ostenderet cuspede Rhombus:

Nanque etiam in Rhombi speciem jam nautica multis Qui Rhom-  
bi.

Informatur acus: nostri hinc cognomine Rhombos

Terrarum dixerit plagas, numerumq; sequuntur

Ventorum, pariterque tenent cognomina venti

Quisque sui, qui parte illa se fluabitibus infert.

His actis, Palinure, plagam, quò gurgite cursum

Instituis, perquiere: modum non carmine multo

Expediam. In parvo primùm vigil inspice mundo

In portum, quò tendis iter, quæ linea ducta est

Litore ab adverso, quod deseris: illa notabit,

Quæ plaga terrarum fuerit, quam puppe requiris.

Hanc etiam explora tornata in pyxide: Rhombus

Cuspidibus dabit auratis: mox dirige clavum,

In que plagam rectâ quæ sitam per mare magnum

Perge, nec & dextram pete clavo, neve sinistram.

Atque gubernaculum radiis in pyxide semper

Congruat inventis adamussim; fluabitibus altis

Sic iter in terras rectum, portusque tenebis,

Quos petis. At venti qui sit tibi maximus usus,

Accipe. Si recto descendat flamine ventus,

In que plagam tua vela ferat, quam cuspede picta

Monstrat acus, rectâ ventis da vela secundis.

Siverò obliquè feriat navim aura volantem,

Obliqua velum in ventum, clavumque, magister:

Quomodo  
instituen-  
da naviga-  
tio in cer-  
to portu.

Ventorum  
usus.

Recta navi-  
gatio

Ten.

*nos Gaii d.  
elle, de Bo-  
ulioe*

Tende hos in proram, atque illos in puppe rudentes  
 Ferreus accipiat duplicatis nexibus uncus. ,  
 Quæsitis quantùm à terris spirantis oberrat  
 In latus aura Noti, tantùm obliquare memento,  
 Ipse gubernaculum: & vento obluctare, secando  
 Transversum salis ære vadum, sed nitere semper  
 Illàc per spumosa maris freta fleæte cursum,  
 Quà quæsita jacet terra plaga, quam tibi primùm  
 Depicta in parvo signavit linea mundo.

Verùm age, qui melior tibi sit per cœrula ventus  
 In velum optandus, quò puppis ocyùs altis  
 Turbida fluctivagidiffundas æquora ponti.

Dicamus: si vasta rates per marmora Nerei

*Qui ventus  
felicitat.*

Celoces agis, aut lembum, piætasque triremes,  
 Quæ gemina in ventum dant vela aurita secundum,  
 Posticos pete, nauta, Notos è puppe ruentes:  
 Inque crucem extende antennas: sic carbasa ventum  
 Accipiunt omnem, & cita dissecat æquora pinus.  
 At si navigium, atque ingenti corpore gaulum  
 Per fluctus auriga regis, tu mitte secundas  
 Exoprate auras: nam tardius æquore currus  
 Incedit medio: felici carbasa vento  
 Cuncta nec inflantur, primi sed linea mali  
 Vela auram accipiunt, & cætera muta quiescunt,  
 Obliquos pere, nauta, Notos de rupe cadentes;  
 Nam sic aura sinus omnes cita flamine replet,  
 Ac multa pellit vi navim: fluctibus illa  
 Prona volat, rostroque maris lata æquora findit.

His animadversis, magnæ labor improbus artis  
 Subsequitur, cursu in medio cùm flaminis auræ

Mutavere loca, & sedes liquere priores:

Vt, Borea cessante, loco qui proximus ardet,  
 Circius Ocæano perniciibus irruat alis.

Rectorem exemplo clavo torquere carinam,  
 Tunc opus, Oceanique plagam, quam linea primùm  
 Lustrandam ostendit perquirere, perq; tumentis  
 Cœrula Neptuni cursus intendere in illam.  
 Illa sed in primis, vento variante, magister,  
 Cura tibi spectare mari, qui cardine verso,  
 In velum ventus subita spiraverit aura.

*Quid èm  
venti mo-  
tentur.*

A

Anne Nothi fuerint flatus, animæque minores  
 Ventorum: nam s̄pē mari, spe falsus inani,  
 Non benè perspectis: jactatur navita ventis.  
 Ac velut in bivium pressus cū fasce viator  
 Venerit, ignarus nescit carpenda duarum  
 Semita quæ sit, & alta secum in mente volutæ,  
 Quà matureret iter, veniat quò tutus ad urbem:  
 At quoniam, seu pressa hominis formidinae cœca,  
 Seu fato pellente ruit mens nescia rerum;  
 In dubiis anceps animus pejora sequeatur,  
 Inscius obliquum per inhospita lustra viator  
 Capit iter, sensimque viæ de tramite recto  
 Hesitat, & spatiis semper majoribus errat.  
 Principiò qui parvus erat, fit maximus, error,  
 Sub finem, crescitque malum currentibus horis.  
 Sic ubi purpureo procossit Vesper Olympo,  
 Defessus torquere retrò jam lora viator  
 Cogitur, & nigra sylvarum errare sub umbra.  
 Non secùs, ignarus venti cū vela magister  
 Obliquo temone dedit spirantibus auris,  
 A recto sensim discedit tramite, vastis  
 Transversum propulsus aquis, cū denique longè  
 Quæsita Tellure alias se vertit in oras.  
 Ignarus, cursusque retrò instaurare necesse est.

Me quandam Ænariæ memini sub rupibus altis,  
 Quà latus obvertit Prochyta, collesque Dicarchi  
 Aspicit apricos, ubi puppibus hospita tendit  
 Litora, pacatosque sinus in valle reducta,  
 Quassata cum puppe Lycam ydissè Britannum,  
 Ænariæ ad portum venientem à gurgite vasto.  
 Ut primum è puppi sociis comitatus in actam  
 Descendit, quæ causa mali, qui bella tulisset  
 Perquito, nam notus erat: respondit & ille:  
 Hæc tibi de multis (prohibet nam dicere plura  
 Altus corde dolor) Drepanum, cū Delia cœlo  
 Luceret, lenique afflaret flamme Cautus,  
 Deservi, velumque dedi, quæ diruea saxis  
 Vix propriis: Carthago jacet vissenda ruinis.  
 Ast ego dum tenues auras, atque ætra capto,  
 Credideram spirare Nothum de littore Cautum.

*Pericula ex  
 ventorum  
 inscitia, &  
 Errantibus  
 securis.*

*Inscius hæc : non ille Nothus mea carbasa Caurus;*

*Ipse sed è Siculo tendebat litora Caurus ,*

*Qui procul in Leptim, scelerataque litora vexit,*

*Quà mare, quà terras prædatus barbarus Afer.*

*Ignari ut primùm portus intravimus, ecce*

*Armatas quatuor Mauris prædonibus alnos*

*Aspicimus : retrò subducta in valle latebant.*

*Ut me delapsum sceleratae ad litora terræ*

*Conspexere, ruunt : subito crepue re metalla,*

*Atque explosa cavo pila ferrea verberat altam*

*Ære ratem, crebròque sonat Vulcanus ad auras.*

*Bellum horrendum, atrox, nigraque in nube procella*

*Subsequitur : crebris ardet latè ignibus aëris,*

*Omnia & ex imore reboant freta cœrula fundo.*

*Ianque ego disparibus cedebam victus ab armis,*

*Tempestas cùm dira mari se sustulit alto,*

*Quæ tonitru, nimbisque, & fulmine bella diremit.*

*Sæpè novi casus vicibus nos ordine versis*

*Casibus eripiunt, & Fatum Fata morantur.*

*Hinc ego vix tandem pelago jactatus, & armis,*

*Huc veni incolumis. Ventos captate, magistri,*

*Qui sint, quo certo mundi de cardine spirent;*

*Ne tandem ignari in discrimina certa ruatis.*

*Hæc tunc ille: tibi quæ nunc meminisse juvabit,*

*Sed Major, Palinure, labor, durusque paratur,*

*Cùm proræ incumbit ventus, retròque repellit*

*Litore ab optato spumosa per æquora puppim:*

*Tunc ea sollicitum pressabit eura magistrum*

*Obliquare sinus, & turgida frangere multo*

*Æquora circuitu, ac vento transversa furenti*

*Obniti, sensimque anfractu vincere longo.*

*Ac veluti miles cùm Martia moenia turris*

*Fulminibus crebris, tonitruque horrentia multo*

*Agreditur: non ille audax ruit ignea contrâ*

*Fulmina confestim, strepitantiaque æra lacepsit,*

*Nam se præcipitem certo obiectare periclo,*

*Galli aller Vincere cùm possit, Martem & superare morando,*

*Non virtus hæc, sed temeraria, circaque mentis*

*Consilia, insanusque animi furor. Ergo ubi prudens*

*Accessum videt in muros prohibere metalla*

*Quid cùm  
ventus è  
prora flat,  
Et que ob-  
liqua navi-  
gatio per  
accesus,  
quod nostri  
volteggia-  
re dicunt:  
Galli aller  
far les vol-  
tes.*

Cor

Concava terrificis latè exhorrentia bombis,  
 Non contrà miles procedit, & æquore aperto  
 Excipit ardorem nudato pectorè Martem.  
 Sed priùs obliquum tuto munimine vallum  
 Impiger in latus accollit, palisque revincit:  
 Vimineamque struit loricam, & fortibus illam  
 Turticulis munie, stipato & milite compleat.  
 Transversum molitus opus, dexteraque, sinistraque  
 Oblique extendit: sic sensim mania contrà  
 Urget opus, flexoque tegit circum aggere corpus.  
 Cùm tandem sese vicino ex aggere muris  
 Objedat, telisque premit jam proximus arcem.  
 Qualis in ægæum centum cum flexibus errans,  
 Et centum æggeribus risparum se arduus infest  
 Meandrus, toroque volumine verberat undas.  
 Non secùs adverso ventus cùm flamine perflat,  
 Obliqua in ventum nitatur puppe magister.  
 Nunc dexteram remone peitat, subitoque relicta,  
 Discedat: rufisque volans petat ille sinistram:  
 Transversumque vadum frangat, pérq; æquora circum  
 Multiplici flexu, atque iteratis cursibus erret.  
 Cùm tandem adversi superato flamine venti,  
 Defessas cursu puppes ad litora vertat.

Maximus at nobis labor hic, cùm puppe volantes  
 Nitimus exesas retò transmittere rupes,  
 In longum pelago vel procurrentia faxa;  
 Ac simul in proram Boreas ruat hotridus Ursa:  
 Aut inter freta terrarum discrimine parvo  
 Cùm petimus portus, urbesque in valle reportas;  
 Sepe dies multos cursu trivete morando  
 Rectores vento obluctantes viribus, altum  
 Ut latus exesi montis, portumque subirent.  
 Attamen incasum cecidit labor: ostia portus  
 Cùm jam lunati peterer ratis, impetu multo  
 Fortior assurgens vicinis vallibus aura  
 Longinquum operato pepulit de litore puppis.  
 Sepe piger laxare pedes, velumque minister,  
 Et citò veliferas summo demittere malo  
 Antennas, geminoque obvertere vela cericho,  
 Cùm vencus, cursusque gubernatorque petebat,

*Difficilis si  
navigatio  
adverso ve  
sto intra ab  
gas loca,  
& circa pro  
memoria.*

Non justis in vela mōdis cīta flamina Corī  
Accepit, cessitque ratē vi pulsā repente.  
Ut cūm prāruptum erit alto à vertice saxum,  
Ni latus avertant subīd, cedantque ruentī  
Agricolz, magno dejeōti pondere molis  
Præcipiti de rupe cadent per devia lapsu.  
Ergō ubi velivolis errandum navibus intē  
Angustis conclusa locis vada cœca profundis,  
Et simul aduersa ventus spiravit ab ora,  
Centum in vela manus intendant, brachia centum  
Solertes famuli, & cautus stet puppe magister.

Cūm me Rhegini colles, & dulcis alebat  
Cænys & odoratis intē jugo hæta salictis,  
Centum ubi puspureis halantes floribus horæ  
Aurea Medorum felicia cirrīa fundunt,  
Arcanas rerum caussas penetrare, Minervæ  
Addictus studiis, jam fessus, in otia turis  
Agrestes inter Nymphas concesseram, & omnes  
Depuleram curas animo: me Phœbus habebat.  
Me Musæ tantum, & dulces antē omnia Musæ.  
*Villa Rhæ-*  
gine ad Ca-  
rgm desci-  
prio, & Iose-  
phi Ma-  
res-  
calogii.  
Valle sub umbrosa, vitreique ad fluminis undas  
Est nemus, & circum placidis loca foeta sahæc,  
Deliciz vatum, & statio gratissima Musæ.  
Hic inter salicos, placidique ad murusq; sonus,  
Quā circum grata viret alta jacentib; umbra  
Populus, & patul' estendit sua brachia ramis.  
Nobilis astrov quondam sub Sede a Meraltus  
Splendida regali struxit convivia luxu.  
Ille hic Parthenias herboſo in gramino Musæ,  
Una & Parthenium jussit discubere vatem:  
Partheniis gratus Musæ, vatiisque Metalcus.

Dom

<sup>1</sup> Promontorium Calabriæ supra Columnam Rheginam, ex quo brevis in Siciliam transitus est, Peloro obiectum (Capo della Volpe) la colz vocante; ex hoc enim Siculi freti natus (la rense Italinaute dicunt) exordium sumit. Non longè ex hoc promontorio, amoenissima villa est, & pagus Collegii Rhegini, cui (Casnacolla) à proximo Arundineto nomine factum est. <sup>2</sup> Iosephus Marescalcus nobilis Rheginus Saliceti Dominus, qui sapè in amoenissimam Saliceti sui villam, ac nemus vatem, cui vel in primis charus erat, excipiebat lato, & pereleganti convivio. Vir comis, & eruditus, & ad aliosq; sibi officiis premeendos unicè factus.

Dum primos dulci Baccho libamus honores  
 Chrystallo in nivea, subitus conclamar agrestes  
 Vicina è specula custos : ruit agmine facto  
 Sylvestrum numerosa manus . ciò litora complevit  
 Armati agricolæ , sudibusque , & falce recurva.  
 Haud mora, semotis epulis , consurgimus omnes;  
 Tela citi capimus, celeresque ad litora gressus  
 Tendimus , & circùm densis stipamur in armis,  
 Ignari quæ causa viros civiles agrestes.  
 At ego (quandoquidem venturi præscia vatum  
 Mens est) Trinacriæ properare ad litora classem  
 Gallorum ingentem , pacis qui fœdere rupto  
 Horrida Zanclæis tunc arcibus armæ ferebant,  
 Admonui: haud Phœbi vatem, cortina fefellit.  
 Cœnæ os ad litus dum venimus, omnia circùm  
 Äquora turritis spectamus operta carinis.  
 Qualis Taygetus, vel Mænalus, aut Erimanthus  
 Arboribus tegitur densis , & sydera pulsat.  
 Velivolas inter sylvas , pinusque natantes  
 Ingens turris erat ( turrim si dicere fas est,  
 Quæ se mole mari tollebat Cycladis instar )  
 Hæc alias inter tantum surgebat Olympo,  
 Quantum turriti scopuli demissa cacumen  
 Saxa super cœlo tollunt, nubesque lacebunt:  
 Aut Siculos quantum colles supereminet Aetna .  
 Navis erat multo regali splendida luxu  
 Conformatæ ducis studio, quo panderet Orbis  
 Quam sint divitiæ ingentes, Gallique superbæ  
 Regis opæ. Surgebat aquis tota aurea moles:  
 Ex auro puppis, nitido splendebat in auto  
 Prora, coronaq;æ turres, atque aurea cuspis.  
 Ipsa etiam fulvo radiabant rostra metallo,  
 Et geminum latus ardebat fulgoribus aureis ,  
 Et mali, & speculæ, & veligeræ antennæ.  
 Ipsa Pharos summo fulgebat vertice puppis  
 Aurea, nō tenuas cœlo pulsura tenebras.  
 Verum materiem, pretiosaque dona metalli  
 Artificum superabat opus; nanque inclita centum  
 Magnanimum simulacra virum, spirantia centrum  
 Signa ducum, & vivax series longissima regum

Gallæ  
 Clavis  
 Mænana  
 venientis  
 descriptio.

Et præterita,  
 omnium  
 hac atata  
 celeberrime,  
 quam a Lu-  
 довico Ma-  
 gno Ma-  
 gnus Lu-  
 devicium  
 Galli appella-  
 larunt.

Artifici cælata manu spirabat in auro.  
 Incisæ stabant acies, fusique tyranni,  
 Devictæque mari classes: spumabat in auro  
 Oceanus, flavi fluctus, & vertice fulvo  
 Aureus auratis Delphin saliebat in undis.  
 Auratae centum speculæ latera omnia circùm  
 Multiplici serie totidem tormenta sub alto  
 Condebant gremio, tandem placidissima visu:  
 Aurea spuma velut, fulvum quam despuit aurum,  
 Tota coruscabat radianti lumine Cyclas,  
 Aspera cælatis tot floribus, aspera signis.  
 Ac, veluti speculum, fulgebat lucida circùm,  
 Cùm radiis illam splendentibus æthere Titan  
 Lustrabat, rutiloque ardebat lumen in auro.  
 Tota repercussis radiis cava litora circùm,  
 Et Calabri ardebant colles, collesque Sicanii:  
 Subter, & in tremulo splendebat gurgite pontus.  
 Quingenti puppem juvenes fulgentibus armis  
 Marte tuebantur, totidemque in vela ministri  
 Prompti assurgebant vi multa, & corpore fortis.  
 Illam dixerunt Magni cognomine Regis  
 Magnam Ludovicum, & tali nomine digna  
 Puppis erat: talis Siculum visenda per æquor  
 Errabat, trepidi cùm jam pervenimus undis.  
 Ut primùm alatam spectavimus æquore sylvam,  
 Hæsimus, aurataisque oculis mirantibus, alnum  
 Attoniti ingentem lustravimus: aurea pectus,  
 Atque oculos misto tenuit terrore voluptas.  
 Aurum oculos, captumque animum, sensusq; tenebat;  
 Martia sed centum terrebant fulmina mentem,  
 Usque adeò tutum nihil est; terremur ab auro:  
 Sævior & fulvo Mars est armatus in auro.  
 Litoribus nostris, Dii, talem avertite puppim,  
 Ne pacem Italia turber, pacataque regna  
 Regibus AUSTRIACIS tot jam dominata per annos.  
 Aurea pax vigeat: quantum est in fluctibus auri  
 Dispereat, pereatque auri insatiabilis ardor;  
 Hostes ne nobis fulvo infidentur in auro:  
 Insidiosa dolos auri vis prodiga tendit.  
 Æquore, post cursus varios cæloque remenso,

Jan

Jam i<sup>z</sup> Zancles portum classes, & longa theatri  
 Brachia se summo tollentia vertice cœlo,  
 Intrabant, in vela Noto spirante secundo,  
 Languidus extemplo cecidit Notus, & citus alis  
 Labitur angusti Boreas de sede Pelori:  
 Atque sinus auras venientes murmure lato  
 Accepere, retròque recessit concita classis  
 Vi multa Boreæ venientis. nec mora, cunctæ  
 Tunc vento obniti contrâ cœpere carinæ;  
 Et ventum sensim vento superare sequendo.  
 Ante alias Boreæ obluctarier aurea Cyclas  
 Cœpit, & obliquè in ventum dare vela: sub alta  
 Sedulus assidens puppi molitur habenas  
 Longo usu, multaque exercitus arte magister.  
 Nunc hac, nunc illac currus retinacula flectit:  
 Nunc petit Hesperiam cursu: & jam proximus oræ  
 Torquet iter, Siculaque levi succedere terræ  
 Festinat cursu: proprius mox flamine multo  
 Huc ubi jam venit, celeri fugit oxyüs Euro,  
 Obvertique jubet velum: promptique ministri,  
 Haud mora, consurgunt omnes, aequa ardua torquent  
 Cornua, detorquentque, citi & data jussa facebunt.  
 Eprora hic tendit: dat & ille è puppe rudentes:  
 Pervigil hic scalas celeri pede pressat, & alto  
 Contendit malo, & earchesia summa manu jam  
 Arripit, & latus circo sedet inde coronæ.  
 Et facit ille pedes, & veli cornua flectit  
 Impiger, obliquatque sinus: nunc contrahit alter:  
 Nunc pandit: tunc justa truci dat carbaña vento;  
 Assurguntque alacres opera ad navalia nautæ  
 Una omnes, studiumq; unum, & cura omnibus una est:  
 Interea regit ipse ratem Palinurus in undis:  
 Rursus in Italiam flectit temone carinam,  
 Obliquatque mari cursus, sensimque sub Arcton  
 Scandere conatur puppi, Cœnzymique vitentem

Exi-

Galli et  
 Marchi mis  
 perna.

1 Messana, sic dicta, quia ibi Saturnus falcem, quæ patris pudenda  
 præsecuerat, abscondit; falcem enim Zanclon Siculi vocant: vel potius  
 quia urbs curvitate sua falcem refert. totam autem portus curvam  
 oram superbissimo ædium theatro cives adorarunt, quo nihil in te-  
 sa Europa præstantius est.

Exupecare . Fluit pelagus de litore Cænys  
 Zanclæum in portum,cursusque citissimus undis.  
 Non opus hic est ( mira quidem,nec credita vulgo )  
 Remigio,ventoque:ferunt ipsa æquora puppes.  
 Quin etiam Boreas spirat de puppe secundus,  
 Cum Cænym legere rates. Propè litora classis  
 Cænyos, obluctante freto,pervenerat, & jam  
 Audiri strepitus nautarum in litore cœpit,  
 Velorumque fragor:pietis terribat in armis  
 Nos Gallus:nostris & terrebatur ab armis.

*Marius Carafa elegit*

Parthenopteus erat miles,custodia collis  
 Cui forte obtigerat,generosus,& impiger armis,  
 Dux illi Marti charus,vatique i Martinus  
 Carafidum de gente satus,tot clarus avorum  
 Nominibus, primæ quo sunt ab origine gentis:  
 Magnanimi heroes cuncti,gestisque superbis,  
 Illustres centum titulis,& laude decori.  
 Quos inter claros heroas, & ipse videndus  
 Egregia incedit laude , & virtutibus heros:  
 Acer equis , promptusque manu,promptusq; sagittis  
 Promptus consilio,quo non felicior alter.  
 Hoc duce jam fretus miles tentare parabat  
 Principium belli,rigidisque emittere canis  
 Fulmineas per inane pilas; crebroque rotatu  
 Torpentem sicca excutiebat reste favillam.  
 Et jam admota truci radiabat Vesta metallo,  
 Cum subito lapsus crepitanti murmure ventus  
 In Siculum puppes iterum latus ire coegerit.  
 Haud animis læta cecidit cum pubè magister.  
 Rursus tentat iter,serpitque per æquora gyro  
 Multiplici,& ventum conatur vincere vento.  
 Cum tandem magnis & viribus usus,& arte,  
 Cænyos aprici superato colle sequendo,  
 (Nil durum est nobis, & ineluctabile semper)  
 Dat velum in ventum,& celeri subit ostia cursu.

Non

---

<sup>i</sup> *Marius Carafa.* *Marii Carafa Excellentissimi Madaluenensi*  
*Ducis germanus, qui tunc Rhegi Neapolitanorum militum legionem*  
*Tribunus regebat . Vir animo penè regio, & ad maxima quæque na-*  
*tura comparatus, vatique per quam familiatis.*

Non secus & accipiter cùm vidi ab aëre summo  
 Arboreo ex nido, vel agresti ex arce columbam.  
 Egressam celeri cursu petere atva volando,  
 Ungue rapax, crudelis, hians prædæque, rapinæque,  
 Advolat, & pavidam contrà ruit arduus ales.  
 Non tamen ille priùs contrà citò tramite recto  
 Adventat, ne forte volet dilapsa columba;  
 Insidias cursu tendit, meditatur & artes.  
 Ingeniosa famæ, prædæque innata cupido.  
 Nunc dextra simulat cursus, nunc ille sinistra:  
 Nunc medio librat se se, atque immobilis hæret  
 Nunc volat, & tortos designat in æthere gyros  
 Mille per ambages ruit aere, mille per orbes.  
 Itque, reditque frequens cursu, properatque morando;  
 Transversumque loco cedit, ferturque propinquus.  
 Dum fugere insimulat, contrà venit, & propè cursu  
 Cùm fuerit, pavidamque premit jam proximus ungue,  
 Irruit, & celeri prædam petit aëre lapsu:  
 Aeratis explosa velut ruit ignea kannis,  
 Et liquidum per inane volat pila: qualis & arcu  
 Evibrata fugit cædem latura sagitta.  
 Has, Palinure, artes, atque hæc exempla secutus,  
 (Nam licet egregias artes, verumque laborem,  
 Et si quæ fuerint virtutes discere ab hoste)  
 Adversos superare Notos, fluctusque valebis,  
 Et tandem opatæ puppes advertere ripæ.  
 Est etiam ille labor properandis cursibus alter,  
 Cùm sensim tenuis moritura sibilus auræ  
 Languet, & in lento currit pigra gurgite puppis:  
 Quid tibi solerti studio tunc, rector, agendum est,  
 Edoceam. Si vela Notis aurita dedisti,  
 Celocesque regis, vel pictas puppe tricemes,  
 At tolle è medio antennas carchesia circum;  
 Languida sic navim propellet fortius aura,  
 Vela implens: cursatque citus per cœrulea currus,  
 Non secus ac velem, si cùm longissimus exit,  
 Exigua faber impellens vi, protinus imis  
 Attollit lapides, & grandia marmora terris.  
 At si per canos spumanti flumine campos

*Accipitris columbam insistantis descripsio.*

*Quid obcep-  
lent in ve-  
lum veissi  
spirant.*

*Cùr antep-  
pa elevata  
ad Carche.  
sum vele-  
clus navis  
ferrat.*

*Supponeris  
nisi.*

Tur.

<sup>2</sup> Nemirum Falco, qui ex accipitrum genere erat.

Turritas, auriga, rates moderaris, ab alto  
 Vertice malorum crepitantia supp̄parā pande:  
 Illa sinu tenues perituri flaminis auras  
 Accipient; fugientque trabes tranquilla pet̄ altæ,  
 At verò immoriens velo cùm deperit omnis  
 Ventus, &c in patriam fessas vocat Æolus auras.  
 Tunc latos nudata humeros generosa juventus  
 Remigio insistat, pacataque marmora verrat.  
 Vel, si remigio careat ratis, illa fileutes  
 Remulco <sup>1</sup>, Palinure, tibi ducenda per undas.

Hic sed præcipiam quels artibus otia pubes  
 Inter ea vitet: semper vitanda Magistro,  
 Et vitanda mari in medio sunt otia Nautis;  
 Quippè animi robut frangunt, viresque remittunt.  
 Dum mei  
 malacia est,  
 cantu fran-  
 genda otia.  
 Ergo ubi pacato ridet pellacia ponto,  
 Lentaque sub rostris vix scissa remurmurat unda,  
 Indulgere juvet cantu, fidibusque canoris.  
 Thermaico Nautæ de litore, qui freta primū  
 Tentarunt, pulchræ succensi laudis amore,  
 Secum una in Graja duxerunt Orpheus puppi,  
 Qui cantu egregius, citharaque insignis eburna  
 Luderet, & longi fastidia falleret otii.

*Nympæ*  
 Fab. 4.  
 Argonautæ, Orpheus  
 Æneus en-  
 vas levabat  
 Egzi fluctus sulcabit Theffala pinus  
 Argolica cum pube: lyram sed candidus Orpheus  
 Alta puppe sedens animabat, & æthera cantu  
 Mulcebat: velut albus olor dum flava Caystri  
 Ad vada, Mæandrive sedet sub margine ripæ.  
 Cantu, quo scopuli, & Tellus pulsata sonabat:  
 Et rauca attoniti ponebant murmurata fluctus.  
 At socii interea leniti carmine mentem,  
 Non maris errores, tempestatesque sonantes  
 Formidant, dubiosque dies, vel inhospita Ponti  
 Non patræ Telluris amor, non chara parentum  
 Curamovet. dulcis cithara sonus occupat aures,  
 Pierioque silent sopitæ carmine cutæ.

Ipsa etiam cantu discat lenire laborem,  
 Remigio insistens pubes, dumquæ æqua remis

Ver-

---

<sup>1</sup> Remulco navim trahere, est illam è scapha remis antrosum age-  
 re, undè meritò cùm Scaligero primam produximus. Rimerchiare  
 Gallis Remolquer.

**V**errit, & ad numerum cantando sydera pulsat,  
**U**t sèvas pelagi possit mulcere procellas.  
**Q**ui Sindas circum, & per odoriferas moluccas,  
**O**ceanis vada lata secant ut cœrula tonis,  
**S**ic paribus pulsare modis sua cymbala certant.

Quin matutino cum jam subtermicat igne  
**P**hosphorus, & primi rubuere cubilia Solis,  
**P**rzcipio flatu lituos inflare canoros,  
**E**t quassare manu cava tympana, lataque fistra,  
**M**urmure quo cuncta è transitis excita juventus  
**S**urgat, & Auroram concordi voce salutet.  
**N**on secus Oceanis facies, cùm Phæbus in undis  
**C**onditur, & fuscas vestat nox uda tenebras.

Insuper opeatis cùm jam delaberis oris,  
**I**ncrepitent magno nervi clangore, tubæque,  
**A**et aquæ festivo disrumpant ætra bombo,  
**L**ætitia indicium: festoque celeumate cuncta  
**A**cclament læti Nautæ, portumquæ salutent,  
**P**ortum exoptatum: tum è puppe in huc amicum  
**I**ngressi, Diis vota piis prò munere solvant.

Attamen illud erit cura majore cavendum,  
**N**è studio peiore modos, & inania canter  
**C**armina, quæ sensim mollem per viscera pestem  
**I**nſinuent, blandoque accendant murmure flammæ.  
**N**ec vos è puppi illecebrosa fascinet aura  
**M**ellitas inter voces mollissima Circe:  
**N**on & Sirenes, medio quæ gurgite nantes,  
**S**pumosum niveo diffundunt pectora ponrum,  
**E**t maria, & dulci replent modulamine cœlum.  
**V**irginio ne crède choro, ne crede canoris  
**V**ocibus: in summo quæ cernitur æquore virgo,  
**I**nferioris sera sèva latet, caudaque biformi  
**I**ncautos feriet pellecos carmine Nautas.  
**S**ic multi periere viri: sic dius Ulysses,  
**Q**uo non mortalis vixit prudentior alter.  
**I**nsidiis quandoque boni capiuntur: & heu! quo  
**M**endaci vitium sub imagine sèpè fecellit.  
**I**ncertus quicunque mari se credit, & auris,  
**S**pem certam pietate, & amico Numine ponat.  
**N**evè pudicitia leges, & jura resolvat;

Oceanus ve-  
niger, us re-  
mos impel-  
lens, scilicet  
cymbala  
pulsans.  
Furnerius  
Hyd. lib.  
29. c. 3.

Non insati-  
les, canentes  
ne decan-  
tanda.

Circe, & Si-  
renes devo-  
tandas.

Sic

Sic aderit Deus, & felici carba sa vento  
 Intendet, facileisque dabit per cœtula cursus.  
 Nam si vela Venus perflabit molibus autis,  
 Atque pedes, clavumque regat male sanâ voluptas,  
 Iratum miser ille Deum experietur, & ipsos  
 Ultores ventos, ultrices senties undas:  
 Et gemino infelix, atque illactymabilis ibit  
 Naufragio, stygias meritò detrusus in umbras.

Sed cita jam tempus pelagi vitare fluenta  
 Clavum in transversum, celeresque ferentia puppes  
 Atque venenati chalybis perquirere mores,  
 Erroresque vagos, & vestigata locorum  
 Falsus ubi in picto, & vacius situs orbe noratur.

At mihi vos, Musæ, superi quæ vertice Olympi  
 Cœlestes habitare domos, & rura soletis,  
 {Nanque Deæ vos estis, & omnia vos quoque nostis  
 Vix famam obscuram, nomenque audivimus ipsi}  
 Dicite, qui marii errores, cœlique rexerit  
 Primus, & optato potuit succedere portu,  
 Atque ostensa Deum auxilla, & data munera nauis,  
 Nam nili, Olympiades Musæ, Jovis aurea protæ  
 Aegiochi, veltro inspicetis numine vatem,  
 Haud equidem dicam tantum exordia rerum.  
 Ergo agite, & veterem revocate ab origine famam,

Vir fuit, ut fama est, Berot Sebethide Nympha

*Nisi Fabri-  
 la, & ma-  
 ter  
 erroris de-  
 telli.*

Cretus, Neptuno puerum quæ juncta sub antro  
 Herculeæ cupis concepit, & intulit autis.  
 Niso nomen erat, qui patria regna secutus,  
 Conclusum ratibus sulcaba Nerea, & alcum  
 Aegæum: sed sèpè alias dilapsus in oras,  
 Quam rate quas primùm ipse periverat, in secessus & se  
 Incautum, & socios etiam culpabat iurites,  
 Ac male perspecto fallacia sydera cœlo.  
 Hic quondam vitrei Sebetini ad fluminis undas  
 Sederat, & tristes volvebat peccore euras,  
 Cum gnatum miserata parens Dea, fluminis alveo  
 Assur auxilium Niso latrata; sed omnem  
 Divinam oculuit speciem, vultusque verendos.  
 Mortalem in formam fuisse induit: aurea virgo  
 Emerit fluvio, visusque crepidinae ripæ

Actus

**A**sticit, & forma Niso pulcherrima visa est.  
**Q**ualis pulchra Hyale cœtu comitata sororum,  
**C**um Prochyten cursu, maternaque regna pererrat  
**A**enariz, gaudetque fuga pez vorere cervum  
**V**enatrix, jaculoque leves transfigore damas.  
**N**anque Dea ex humero pictum suspenderat atcum,  
**E**c flavos dederat vento diffundere crines,  
**P**urpureis formosa genis, & candida mammae.  
**U**er etiæ natum Dea, voce locuta,  
**S**ic ait: O juvenis, quæ nam tibi causa doloris?  
**F**areage: quandoquidem demissus pallidus ore  
**T**ristisque indicium color est, cui talia contraria  
**N**isus ait: Fortuna mihi contraria semper,  
**O** Dea (tu certè sacri Dea fluminis una es:  
**N**am neque mortalis tantum se tollere forma  
**U**lla potest: tanta nec majestate videri)  
**Q**uæcūque nunquam veniunt mea carbasa poterunt  
**F**allaces mihi stellæ sunt, & cortice pictus  
**I**pse etiam mundus fallax: mare, cursus, & aurae  
**F**allaces, at nulla mihi, experientia nulla  
**P**rofuit, indeprensus aquis latet error in altis.  
**T**unc Dea sic Niso, & curas solatur amarassi:  
**E**st hinc, antiquum quæ servat ab Hercule nomen  
**I**n insula, quod Glaucus recipit se fessus ab undis  
**C**um venit, & stratus recubat per litora pastor;  
**N**anque senex Neeci pascit vastissima cete,  
**S**quamigerosque greges sub gurgite: & omnia ponti  
**P**er liquidos campos pastorem armenos sequuntur,  
**H**ic cauñas rerum arcana, vénaturaque novit;  
**N**am Deus, & vates, Glaucus tibi quæca, rogandus  
**S**upplicibus donis, mitis nam dumine Glaucus,  
**I**lle nec insidiis capiendus, ut horridus ogo  
**P**roteus immāni, qui se in miracula rerum  
**O**mnia transformat, ferus, hispidus, ille tibi res  
**P**andet, & errorum cauñas monstrabit, & omnes  
**O**ccultas maris ambigēs canet. Ergo ubi Titan  
**E**gerit in medium currus sublimis Olympi,  
**C**um nigru Ethiopem, & Garamantem fervor adurit,  
**E**t sitiunt campis segetes, & florea in hortis  
**G**ens squallent, eccluesque fluunt per flumina lymphæ.

*Nisus à Bo-  
rot marre  
ad Glaucon,  
oracula felo-  
gium mis-  
situr.*

Itu, nauta, duo spumanti pocula lacte,  
 Et Surrentino duo pocula plena Lyxo.  
 Dona ferens; nam mitis amat sibi talia Glaucus  
 Dona geri. vacuo fessus tunc ille sub antro  
 Dat placidum membris somnum. Neptunia monstra  
 Litoribus passim prostrata; & fusa per herbam  
 ( Nam cum sopitus somno jacet ille per antrum.  
 Sopitque jacente passim per litora Phocæ)  
 Ne timeas. Hæc illa dedit, liquidasque sub undas  
 Descendit, diaque simul sub luce reluxit,  
 Et circum suaves spiravit vertice odores:  
 Veraque descendens patuit Dea: ille ubi matrem  
 Aspergit Beroen descendere fluminis alveo,  
 Hac voce insequitur, questusque ad sydera jactat:  
 Tu quoque crudelis falsa sub imagine formæ  
 Me ludis, dulcesque negas mihi cernere vultus?  
 Cur prohibes gnatum dextræ conjungere dextram?  
 Et te complesti, & teneris dare dulcia labris  
 Oscula: te ne cui cepere oblivia Nisi?  
 Talibus incusat genitricem, & litora gressus  
 Nota petit. medium cœli consenderat axem  
 Phœbus, & arebant nemora, & sipientia prata,  
 Et pelago fluctus torpebant, cum sua Nifus  
 Dona ferens Glaucō celeri vada salsa phaselō  
 Scindit, & Herculeæ vicina in litora rupis.  
 Flectit iter, scopulo Nifus jam proximus ibat,  
 Undique cum vidit prostratas liture Phocas,  
 Immanesque Orcas dulcem captare quietem.  
 At Glaucus gelido rupis resupinus in antro  
 Serpentem primū per mollia membra sopotem  
 Carpebat, prostrata solo Neptunia monstra  
 Ut propè conspexit, stetit, horruit: & quid agendum  
 Inscius inquit secum. Dea: fulmine ab alto  
 Affuit, & medio visa est in gurgite, qualis  
 Nerine Galatea, Thoëque, aut cœrula Cloto,  
 Cœsariem diffusa levem per candida colla,  
 Et niveos nudata humeros, nudata papillas.  
 Atque hæc Niso effata dedit: Neptunia monstra  
 Ne timeas, o nauta, vides quæ litore in illo;  
 Nam somno sopita jacent, mox illa carinam

Impulit in litus : casuque audacior ipso  
Egreditur Nisus, tacitusque incedit in antrum.  
Utque antro propius succedit, conspicit antro  
Tollere se Glaucum: supplex circu munera Nisus  
Obtulit, & multa paxorem voce precatur.

Glaucus pater, qui monstra regis Neptunia, & udes  
Per vada lacu greges, tibi sunt mitissima quando  
Pectora; non humilesque preces, non munera spernis,  
Tu nostri miserere: mihi da noscere causas  
Errorum, pelagi quod sutiūs in via Iustrem  
Aequora, & opatum teneant mea carbasa litus.  
Tunc ille: dō juvenis confidentissime nostri  
Quz Dēa te jussit properare ad litora regni,  
Arcana in dubiis quæsumor oracula rebus,  
Novi equidem: formosa mihi jam cognita Nympha est.  
Accipe nunc, penitusque animo mea dicta reconde,  
Pauca tibi è multis: series longissima, longæ  
Ambages, variusque error: fastigia rerua.  
Summa sequar, ratibus quo curiūs ite per alcum  
Possis, quæsitosque sinus, portusque subintres.

Herculis irrumptens angusta per ostia pontus  
Vim magna Libyæ trans litora concitus undis  
Fertur in Eoum, terraque interfuit omnes.  
Hinc ubi palmiferæ in litus defluxit Idumes,  
Phœnices petiit ascendens, fretturque sub Aræna.  
Inde iterum saliens undancia bora recorquet  
Occiduum in Solem, cursumque per Asida tendit.  
Tendit & Europam: sed maior æstuat undas  
Ut resilit, luctante solo, pila concita reted;  
Atque repercutsum liquido volat ære: celum  
Lentiūs. Herculeas tandem se sistit ad oras.  
Hinc vagus i error aquis: veniens vi ponens aquarum  
Transversum puppes agit incitus. inde catinæ  
Atque alium in portum, atque aliam vertuntur ad org.

Primus ero  
vor, etmo  
su maris in  
Orientem,  
et inde in  
Occidentem.

Præ-

<sup>1</sup> Primus error navigationis orsus ex motu mari ex Gaditanis  
fretis irrumptis in Cerrense, Itali appellant, qui senum naves in  
transversum agit.

*Secundus  
à Magne-  
tis vertigi-  
ne.*

Fraterè est etiam <sup>1</sup> fallax acus ipsa, nivalem  
Non semper tremula cum cuspide respicit Arcton.  
Syderis illa vago nimium torquetur amore:  
Diversisque locis varum est fallacia gemmæ.  
Hic petit illa polos, & cuspide fugit acuta:  
Hic celestans iter ad dextram ruit incita partem:  
Hic ruit ad levam: minus hic fugit, at magis illic,  
Nec certis errat spatiis, nec legibus ille  
In levam, dextramque plagam se vertit in orbem:  
Fluctuat incertis erroribus, & loca mutat.  
Sæpè. Adèd longo variari tempore possunt  
Res cunctæ, versæque alium servare tenorem.  
Mira hæc, Nise, vagus forsitan furor iuditus astris,  
Et vagus est lapidi suus ardor: & inter amantes  
An quia nil firmum, nihil est durabile semper;  
Aut occulta latet gremio vis abdita terra,  
Quæ sociam flectat mentem, relaxatque, foratque.  
Hæc tu dum vacuo de sensu luctore nimbis,  
Non optata trahes alto procul oceia ponto,  
Vestiga, & caussas rerum meditare latentes.

*Quomo id  
Inquirenda  
magnetis.  
vertigo.*

Sed varium nigræ errorem perquirere gemmæ  
Difficile est: hac arte tamen venaberis illum.  
E ligno facies, aut cupro. Nise, tabellam,  
Et planam, & levem, mediaque in nave locabis  
Librata in longo tripoda, quæ vertice summo  
Sic finitoris respondeat, undique ab illo  
Æqualis ut distet spacio. mox circinus orbem.  
Describat tabula in media, centroque rotundum  
Fige stylum; superis qui se rectissimus auris  
Inferat è centro, tabulaque impone politæ.  
Pyridis orbiculum, summo cum proximus ibit

Ver-

<sup>1</sup> Error alter oritur ex declinatione magnetis, qui non semper in Boreum Mundi polum vergit; alibi enim in Orientem despletat Grechesse nostri dicunt; alibi vero in Magnetum sese agit Maestram leggæ. Hoc autem plus, minus pro varietate locorum. in pauis vero Mundii partibus nullam habet declinationem. celeberrima loca sunt, Insula, quæ Terceæ Hispani dicunt, Africæ promontorium, quod ultra bonæ speci promontorium est, illudque vocant Capo dell' Agaglie. Tertius locus est apud Seres in urbe, quam Cassonem indigitant.

Vertice Sol, orbemque styli lustraverit umbra,  
 Punctum, Nise, nota in circo. post tempore longo,  
 Ardenti Phœbus cùm jam descendit Olympos,  
 Rursus & umbra styli circum perlustrat eundem,  
 Tunc opus extremos apices signarier umbræ.  
 Hinc postquam in partes geminas divisoris arcum,  
 Linea per centrum, & medium quæ ducitur arcus,  
 Illa erit, immoto Mundi quæ congruit axi:  
 Atque erit hæc medii tibi linea veræ diei.

Quantum ex hac acus effugiet, dextraque, sinistraque,  
 Illius tunc tantus erit tibi cognitus error.

Sed quia difficile est medio consistere ponto  
 Libratam fulcro tabulam, tibi dextera filum  
 Suspensum teneat, reæ quod tendat adimum  
 Ære grave: & puro obiectum cum pyxide Soli  
 Sic moveas circum dextra, lèvaque ferendo,  
 Projecta ut medium vaga dissecet umbra rotundæ  
 Pyxidis: atque umbræ punctum signare memento  
 Extremo in circo, partes ubi Phœbus easdem  
 Attigerit, (partes radio, aut sextante notabis )  
 Sedulus hoc itera, punctumque in margine signa.  
 Divide mox arcum: medii tibi nota diei  
 Linea, & hinc trepidæ rursus vertigo sagittæ.  
 At si purpureo cuspis se vertit Eoo,  
 Illani gemma plagam spectabit, & agnitus error:  
 At verò occiduum in Solem si cuspis abibit,  
 Tunc ille Hesperiam in partem, Caurumque recedet.

Insuper his, 1 fallax situs ipse, habitusq; locoru; est  
 Orbe in picto, hominum quanquam solertia summa  
 Astra notare polo, radioque notata referre.  
 Altior hinc Creta, & longè promota sub Arcton,  
 Et Rhodos, & Cyprus jacet altior, atque Cythera:  
 Ipsa etiam surgit Pharos altior, altus & ipse  
 Flumine septeno Nilus, divesque Canopus.  
 Quæ cùm sic habeant se: tibi dicere pauca  
 Emultis cupio) curvo de litore funem  
 Cùm 2 Galatæ solves longè venturus ad urbem,

*Modus ali-  
ter.*

*Tertius er-  
ror ex falso  
sit locoru;*  
*in Mappis  
descripta,*

*Quomodo  
inter navi-*

K Cui

<sup>1</sup> Tertius error ex vitio Mapparum Geographicarum, in quibus non sunt veræ latitudines, ac longitudines locorum notatae. modus autem inveniendæ veræ latitudinis, longitudinisque tradetur Libro 7.

<sup>2</sup> Insula Africi mari Galata.

*gandam cor  
vigendi er-  
ores.*

Qui i Sabathræ nomen fecerunt, elige dextram  
Puppe plagam, & rectâ tepidum ne curre sub Austrum.  
At si Sardoo venias de litore tuos  
In Drepani portus, partem percurre sinistram;  
Si redeas, lœvam pete, Nise, & gurgitis æstus  
Non tua quæsite propellat carbasa portu.  
Cùm Melita ex humili centum petis urbibus olim  
Insignem Cretam, lœvas deflectere ad undas  
Cura tibi multa. At Veneri dilecta <sup>2</sup> Cythera  
Si lustranda mari in magno, ne cortice mundus,  
Ne tendas, quâ monstrat iter, sed Solis ad Orcum  
Rectâ cæruleum sulcabis Nerea rostro.  
Si Cypro quærenda Pharos, situsque Canopi,  
Bis senas lœva partes deflectere carinam,  
Verùm si cursum celeras, cùm ditia Nilus  
Rura beat, latèque optato mergitur omnis  
Diluvio Ægyptus, <sup>3</sup> plus lœva flectere puppes  
Est opus. ad dextram verò tu dirige cursum,  
Si Tyrios Cypro contendis, & altus <sup>4</sup> Orontes,  
Aut Tripolis lustranda tibi, Cythereia regna  
Litore ab <sup>5</sup> Attalico si sint tibi, Nise, petenda,  
Tende iter ad dextram, sic & cùm gurgite vasto  
Attaliam petis è Cypro: verùm omnia longum est  
Percensere; tibi experientia multa locorum,  
Verus & è celo situs agnitus, & maris usus,  
Atque aq̄tiories monstrabunt cætera cursus.

Hæc dedig, & concham inflavit, qua protinus omnes  
Exiluere feræ, tumidumque ivere sub æquor.  
Ultimus ipse caput liquido Deus æquore meruit;  
Et vitreas egit spumosa armenta per undas.

---

<sup>1</sup> Tripolis vetus, cuius vix ruinæ extant: est tamen opportuna  
navigibus statio. <sup>2</sup> Insula inter Peloponnesum, & Cretam. <sup>3</sup> Crispe  
<sup>4</sup> Nam propter velocem exonerantis se fluvii motum fortior est ma-  
ria impetus, ac violentius puppes agit in transversum. <sup>5</sup> Attalia urbs  
Pamphyliæ satalia <sup>5</sup> Fluvius Syriæ juxta Antiochiam; non longè  
è Alexandria Syriæ Alessandretta, celebre nunc emporium.





F. Solimone Inv.

F. De Louvemont sculp.



## N A U T I C O R U M

### L I B E R V.

**S**ed jam me patrii per litora nota phaselis,  
Tyrthenique vocant fluctus, fluctusque Sicanis.  
Ac longè applaudunt Ligures, juvat ire per undas  
Euboicos ultrà fines, & amœna secundūm  
Litora, & ingenio paulūm indulgere paterno.  
Hic Patriæ debetur honos: nec erit labor iste  
Non gratus nautis, nec vari inglorius. At tu,  
O decus, d. nostræ meritò tutela carinæ,  
**CARDENIDE**, hos etiam tenues ne despice lusus:  
Quandoquidem exiguis sèpè est sua gratia rebus.  
Non semper magnis sulcandum navibus æquor  
Trans terras, mare quâ patet undiq; & undiq; cœlum,  
**Arbitrio ventorum**, & agentis singula Sortis.  
Interdùm licet & pœnit vada findere lembis,  
Ac lœtos celeri colles transmittere cursu.  
Salsa pererranti semper fuit illa voluptas  
Blanda mihi, ut molles una hinc cita palmula ripas  
Stringeret, & placidos hinc scinderet altera fluctus,  
Ergo age, velocem mecum concende phaselum,  
Dum puri fulgent Soles, & leniter undas  
Optatæ intendunt auræ. procul en vaga Lai  
Flumina &c nunc compellant, sceptrisque superba  
Regna tuis: lœto responsante murmure fontes,  
Et plausum ingeminant valles, collesque supini:  
Nereidasque inter tibi jam præit æmula Doris.  
In primis quicunque levi sulcare phaselos,  
Aut Tyrrhenæ paras felicia cœrula ponti,  
Aut longè Ligures, Hetrusca que litora quæris,  
Cura tibi insignem, fortissima robora, pubem  
Eligere, egregiam sed quæ det terra juventam,

*Literalis  
navigatio  
quam sic  
amœna.*

*Principio  
Pubis dele-  
ctus haben-  
dus est.*

Accipe. Robustos primū tibi patria Siren  
 Sufficiet juvenes fulcandis fluctibus aptos,  
 Quos timidos nunquam, nunquam experieris inertes;  
 In casus quoscunque vocet Fortuna sinistros,  
 Audaces veniunt, & dura pericula temnunt.  
Qui præfiz.  
aberet fuit. Ipsa etiam mittere pubem tibi Lubra valentem,  
 Quæ fluctus fecerat, atque ingenti quæ pede lembum  
 Presser ovans, cursu[m]que citet generosa per undas.  
 Hisque pates etiam juvenes tibi molle ministrat  
 Surrentum: melior sed quæ 1 campestria pubes  
 Rura tenet, paribus vidi certare lacertis  
 Surrenti egregiam pubem, pubemque Minervæ,  
 Cum Surrentio de litora forte 2 redibam  
 Parthenopen. Prochytræ forces ne despice, rector,  
 Nec quos Euplætæ juvenes, & Olympia nutrit:  
 Ae qui clara tenent Romano Consule 3 saxa.  
 Non multum Ænariæ gentem, gentemque Dicarchiæ  
 Laudarim: non ipsa suos mihi ja[ct]et Amalphis,  
 Sint quanquam magnis ducendis navibus apti,  
 Et mores norint ventorum, & sydera cœli.  
 Æquensis neque det Vicus, Stabiaeque vetustæ:  
 Nec Tellus Sicana suos, nec Brettia mittat;  
 Quippe apti remo non sunt, velisque regendis.  
 Reginos tamen haud ausim contemnere nautas,  
 Nec duri vicina colunt qui litora 4 Orestis;  
 Solentes quondam expertus, cum flava Simethi  
 Flumina, & apicis legerem sub collibus Hyblam,  
 Ortygiaz 5 sedem, & Siculi monimenta magistri,  
 Ac vitreos rauci fontes visutus 6 Anapi.

Hinc ubi legisti generosam ab litora pubem,  
 Et jam clara dies nitido surrexit olympos,  
 Postquam Luna novo per cœlum lucida cornu  
 Fulserit, & lenes crepitanti murmure venei

Ve-

---

z Vicus Surrenti vulgo, il Piano di Sorrento. 2 Post autunmale  
 otium ex villa Aloysi Guardeti alumni amantissimi, qui domi suæ,  
 quæ ameno in colle ad mare sita est, unde pulcherrimus Crateris totus  
 Neapolim usque prospectus patet, me lauto ac geniali convivio  
 exhilaraverat. 3 Capreae Tiberii in temperantia celebres. 4 ubi nunc  
 oppida (Palma, & Bagno). 5 Insula, olim Syracusarum, nunc  
 illam urbs occupat. 6 Fluvius, qui in magnum portum se exo-  
 querat, olim per urbem, nunc altero ab arce lapide interfluit,

Vela vocant, Palinure, cavam da fluctibus alnum,  
Nec sine purpureos frustrâ decedere Soles:  
I celer, & caussas ne longum innecte morandi;  
Ne te sollicitus comprehendat in æquore nimbus.

At verò ex udis cùm solvis vincula ripis,  
Et jam Sirenis de litore strata per alta  
Carpis iter, lato magnam clamore salutaz  
Reginam Superum, curvo cui plurima portu  
Afflurgunt delubra, prius solennia votis,  
Ac veteri sacra cultu, & religione parentum  
Quæque regit ventos, & vastis præsidet undis:  
Illa dabit faciles auras, cursusque secundos.

Mox ubi Sithoniæ felici flamine vela  
Implerunt Boreæ, volitarque per æquora puppis,  
Invigiles velo pubes, versetque rudentes:  
Ipse gubernaculum solers moderare, magister,  
Quò cœpti cursus, optataque flamina ducunt:  
Obiectaque vocant viridi de vertice colles;  
Nanque tibi nec opus tornatæ pyxidis usus,  
Nec nivea pictum membrana ediscere mundum:  
Litus ama, & bibulas tibi palmula radat arenas.  
Vitiferi colles, & summa caeumina montis  
Pyxis erunt, propriaque tibi sub imagine Mundus,  
Quas fugias cautes, quæ saxa latentia fluctu  
Evites, quæ fidæ petas & litora dicet.  
Non tibi suadebo longè tentare profundum,  
Ac fragili immensum pelagi percurrere lembo  
Æquor in abruptum. Sed si fiducia tanta  
Pectus habet, pontique altum sulcare necesse est,  
Pyxida tunc, Palinure, & pictum consule mundum.

Vidi ego, qui regis iussu, dum bella negabant  
Gallica veloci transmittere litora lembo,  
Ausus per medias conclusæ Tethyos undas  
Litore ab Hesperio sepostos quærere Iberos,  
Exiguo fretus ligno; fluctusque sonantes,  
Atque æstus pelagi, rapidosque lacessere ventos,  
Felici hinc latus successu, ausoque potitus,  
Ausus in Ionium descendere, & ire per undas  
Ægæas, tenuitque mari, cœloque remenso,  
Litora Minois quondam regnata tyrannis

*Virgo pa-  
rens primus  
solenda.*

*Audax Na-  
varchus quid  
per Ionium  
in Cretam  
navigabat*

Victor, & Eo iustravit regna rubentis.

Talia quid memoro? levis haec audacia nautæ

Euboici. Quondam confidentissimus unus,

Atque homines inter fortunatissimus omnes

Lyriadum fatus antiqua de gente <sup>1</sup> magister

Auroræ sub sede fuit, qui primus ab Indis

*Audacissimam Botellum* Ut captæ a Baraces Europam nuncius iret

Lyriadum ad regem, & meritò sibi quereret uni-

lii faēnum, Egregias laudes, & munera divitis auri,

qui ex India in Eu- Exiguo ingentes ausus submittere lembo

ropam lem- Oceanis fluētus, montesque irrumpere aquarum:

bo naviga- Atque altum Acronoton, crebrisque impervia nimbis

vit. *Equora Cafrorum*, & diras superare procellas.

Certa fides facti, quanquam vix ipsa meretur

Fama fidem. Pulchræ sed quid non laudis amore

Mortales audent, autique cupidine cœca?

Sed favit fortuna viro: favere quieti

Oceani fluctus, ventique in vela secundi;

Seu generosa hominis mirati pectora, & ausa:

Sive illos animi, factique audacia fregit.

Ipsa sed alatam jaēter non amplius Argō,

Nec mihi magnanimum commendet Græcia Tiphyn,

Et socios canat heroas, tollatque sub astra.

Hic meritò lembus cœlo donandus: & ipsam

Supra Argo, mundique patet quā plurimus axis,

Fulgeat, alterius semper Cynosura Profundi.

At te ne audacis stimulet Fortuna magistri,

Et nunquam tanti teneat fiducia facti;

Nam rari casus: rara hinc exempla petantur.

Sunt multi, quorum minor est audacia, & arti

Confidunt magis, & magnis est viribus usus:

Hi sèpè æstate in media, dum cœrula passim,

Aut

<sup>1</sup> Fuit hic *Jacobus Botellius* vir strenuus, & maritimæ scientiæ liquide florentissimus, qui ut apud Ioannem Regem insigni documento fidem suam probaret, facinus omnium, quoerunt fuere, memorabilissimum ausus est. parva biremi pedes octodecim longa, lata verò sex, per Oceanum iter in Europam aggressus, ut conditæ ad Diuum arcis (quam insulam mox totam Lusitani occuparunt) nuncium regi optatum ferret. Insula, & urbs in India intra Gangem, sita in sinu Baryazeno Golfe di Cambaye ab Indis *Din* appellata,

Aut tranquilla silent, aut leni murmure aguntur,  
 Teleboüm de rupe, dies dum candida cœlo  
 Emicat, aut primam sub noctem lucida cornu  
 Cùm surgit nova Luna, mari se mittere aperto  
 Audent: & celeri cursu, velut aëta sagitta,  
 Tyrreni sulcant medium, cursuque secundo  
 Nota Panormæx contingunt litora terræ.  
 Hos ego non ausim audaces damnare magistros:  
 Sed neque laudarim, infidas nam currimus undas:  
 Tuta nec est nobis, Zephyris spirantibus, æstas.  
 Sæpè serenato dum lumine fulget Olympus,  
 Et Doris pacata filet, sese ilicet atrox  
 Effundunt cœlo nubes, & sydera texunt;  
 Ac subito rapidi incumbunt stridore i Tropæ,  
 Momento quibus è fundo subvertitur imo  
 Oceanus: fluctusque ruunt transversa furentes.  
 Verùm age, non id te lateat, si fortè per altum  
 Carpis iter, rectoque petis temone! Panormum:  
 Vicinam pere tu primùm Nesiad phaselos,  
 Vel juga Miseni, Prochyæque virentia saxa:  
 Libonotum hinc versus contende, & flantibus auris,  
 Remigioque vola: dextramque secare memento  
 Puppe plagam, sensimque undas superare ruentes;  
 Ne te transversum venientum cursus aquarum  
 Paulatim abripiat, pellatque i Soluntis ad oras,  
 Aut ubi divido se miscet flumine ponto  
 Himera 3, & hinc perdit, hinc & tenet unda saporem.  
 Ipsa sed ad lævam longè deserta colonis  
 Ulstica 4 prætereat, quām tu transmittere cursu  
 Nocte sub obscura semper, Palinure, memento!  
 Nam se pirataz deserto in litore condunt,

K 4

Et

Quid cæp  
 Thyrreni  
 resq; in Sic  
 illiam ins  
 uestigari.

1 Venti, qui sæpè æstate è terra repentina turbine exurgunt, & tunc  
 apogxi vocantur: mox è mari in terram iterum redeunt, & tropæ ap-  
 pellantur: violenti sunt, & mare momento subvertunt, vix in occa-  
 sum durant: qui quidem frequentes in Tyrreno mari bacchantur.  
 2 Promontorium inter Himera, & Panormum, ubi olim urbs erat,  
 vulgo Solans. 3 Fluvius, & urbs in Septentrionali Sicilia latere Pa-  
 normo diffusa orientem versus xx: v. mil: pass. Termisi.  
 4 Insula Thyrreni maris propè Siciliæ litora: est & mons Italus  
 cum penultimam producit, Uficiæ.

Et sèpè incautos deprendunt gurgite nautas.  
 Cùm verò è Sicula remeas Tellure, re postos  
 Trans i Erctam perquie sinus: hinc inde sub Arcton,  
 Quà gelidis spirat ventus de rupibus Aemini,  
 Fleste viam velis, remoque, & cærulea sulca,  
 At sensim in septem clavum torquere Triones  
 Contendas, humiles donec rarescere montes  
 Teleboùm spectes, hinc & sacra culmina Lubræ.

At si me cursum dubias auctore per undas  
 Instituis, patrisque velis temere sub oras,  
 Ne maris exiguo tentare pericula ligno,  
 Ne cupias: medios currant ingentia fluctus  
 Navigia, & vento credant vela ampla furenti;  
 Tu nunquam è noto discedas litore: & illud  
 Neve oculos fugiat, tuta hac Cynosura secundum  
 Vista regat cursum, & surgentia flamina monstrat.

Ergo, Panormitas cursu cùm tendis ad oras,  
 Leucosiam & primùm Paestana per æqua quære;  
 Perque sinum cœlo medium percurre sereno.

Nam tibi si dubio penderit sub sydere, tutum  
 Litus amarum, & longo gyro lege litoris oram.  
 Lentus in ancipiū festina navita, cursu.  
 Hinc sale, & Buxenti superato, dirige clavum  
 In 4 Paticum, quò cùm perveneris, aspice cœlum  
 Si constat, si certa mari pellacia rideret.  
 Quæ cùm sic habeant se, canentia pande  
 Carbasa, & Aëliis surgit quæ 5 Strongyle ab undis,  
 Carpe fugam pelago, lævaque relinquere montem  
 Festina, & Lipara tandem te vertere ad oram.  
 Hinc 6 Agathyrna suo venientem in litore cymbam  
 Accipiet: mox & transmittet ad usque Panormum.

Ve-

1 Mons quarto lapide Panormo dissitus, in quo olim Castellum, vulgo Monte Pellegrino ad radices opportuna navibus statio est: Siculi-Mondello indigitant. 2 Insula ad extreum Paestani sinus Golfo di Salerno, sic dicta de nomine unius ex tribus Sirenibus, quæ ex Græcia in Italiam navigarunt, vulgo dicitur La Licosa. 3 Policastro sic dictum à copia Buxi. 4 Oppidum Calabriæ maritimum Paola, nota phasclis statio. 5 Vna ex Aëliis à figura sic appellata, est enim rotundus mōs nō exiguae magnitudinis, Strongoli, 6 Capo d'Orlando, ubi quondam Agathyrna urbs.

Verum si Melitam, & terras tentare reportas  
 Forte velis, litus primum tu rade Sicanum,  
 Eoum ad Solem quod spectat, & alta Pachini  
 Saxa, sinumque cavum, sedemque immitis Ulyssae.  
 Donec pacato accipiat te i Caucana portu,  
 Unde iter in Melitam breve panditur. aureus altos  
 Cum surgens rosei postes jam pulsat Olympi  
 Vesper, & occiduos verit se Phœbus ad Indos,  
 Tende iter in noctem: & remis, ventisque vocatis,  
 In Libycum curvo flectas temone carinam:  
 Quippè sub Aurotam Melitz laberis ad oras.

Quod si Sardoo circum resonantia fluere  
 Litora, Cyrenæaque petas trans Dorida Terras,  
 Expediam paucis. Tyrrheni litoris oram  
 Principio releges, ventisque in vela vocatis  
 Herculeum in portum venies. hinc inde per altum  
 Si tranquilla silent maria, aut felicibus auris  
 Attridet crispata Thetis, securus ad oras  
 Sardoas recto flectes temone carinam.  
 At dubii pendent si nimbi, hyemesque nivosæ,  
 Iluam puppe pete, & vicinæ litora Cygni.

Sunt qui dum Cancri fervet sub sydere Titan  
 In Prochyten primum generoso remige puppim  
 Impellunt: mox uda mari cum surgit ab alto  
 Nox, & sublustræ inducit Luna tenebras,  
 In libycum velo carpunt iter, aut vada tonfis  
 Solicitant, Calarisque petunt trans Nerea portum.  
 Hanc curtam si forte viam, Palinure, secabis,  
 Obniti in Pelagus contrâ, dextraque memento,

Verum age, quæ studia alatos agitare phælos  
 Arva per, & colles, & litora propterea amena,  
 Expediam, cursusque juvat meminisse peractos;  
 Nam sic Italiz felicia litora quondam,  
 Sicanizque oram legi, rectore Melantho,  
 Ventorum, & cœli, tempestatumque peritus  
 Qui fuit, atque usu longo versatus in undis:  
 Incipiam: verum exemplo tu disce laborem.

Jam cælo Domitor præfulserat Orionis,

Quomodo in  
Sardiniam  
infinita  
navigatio.

Cum

<sup>2</sup> Olim portus, nunc ora Malizæque incola appellatur.

*Vatis per  
Meridiona-  
lem Italia  
oram navi-  
gatio.*

Cum i Brettii populos iterum lustrare coactus,  
Parthenopen linquo, & patriis feror exul ab oris  
Quo vati, & Musis fatalia jussa vocabant.  
Oceani croceum linquens Aurora cubile,  
Purpurea cum luce diem referebat Olympo,  
Cum celerare moras magno clamore Melanthus  
Jussit, & invitatis properare ad litora Musis.  
Haud mora, compositis rebus, jam fasce parato,  
Me socii ad litus deducunt, huc ubi ventum est,  
Cum lacrymis multis amplector, & ultima dico:

*Amicis va-  
le dicit.*

Vivite felices gremio Sirenis amatæ,  
O socii, nullum pelagi quibus æquor arandum:  
Læta domi sed parta quies, atque otia vobis:  
Vos natale solum, vos cœli mollior aura  
Dulcè fovent, Zephyrique canoro murmure mulcent.  
Vos & Leucopetra, vos regum cognita & sedes  
Accipit interdum, vitreus quæ fontibus humor  
Labitur, & centum ludunt per culta Napæ:  
Et vagus umbroso veniens Sebethus ab antro  
Allicit, & placidus ludit deus amne fluenti.  
Hinc & Pausiliyi colles mollissima præbent  
Vobis hospitia, & felicibus otia Divis.  
Vos Nefis, Prochyreque, & Olympia detinet ora,  
Ora meis quondam statio gratissima Musis.  
Otia, Pierides Musæ, & mihi culta tot annis  
Parthenope dilecta vale, sociique valete:  
Me Calabri invictum rapiunt. Nec plura. vicissim  
Antiquum socii lacrymis testantur amorem,  
Et mihi felices auras, cursusque precantur:  
Quos inter primo pubescens flore juventæ,  
Et virtute potens, & sanguine clarus avito,  
Flavus Aloysius, mihi quo non charior alter:  
Nec fuit, & Musis, & Phœbo gravior alter:  
Dignus Aloysius Musis, & Apolline dignus,  
Rore madens multo geminas ad sydera palmas

*Aloysius  
Superos pro-  
Vase pre-  
cess.*

Su-

<sup>2</sup> Fuit hic Herculis filius, à quo Brettii, quos alii Brutios appellant.  
<sup>2</sup> Nobilissima Neapolitanorum Regum villa altero ab urbe lapide ad Orientem sita: locus antiquitus doliolum vocabatur, nunc Poggio reale ab Alfonso Calabria Duce Ferdinandi primi filio amoenissimus fontibus, horrisque, & superbissimis ædificiis primùm exornatus.

Sustulit, & Superos humili cum voce precatus,  
 Hæc dedit: O Superi, si quicquam optare precando  
 Possimus, & multa vestrum prece flectere Numen,  
 Sternite molle frerum, placidosq; in carbasa ventos  
 Mittite, & ardentes nimbis arcete procellas;  
 Ut tandem nullis per cærula casibus aëta,  
 Litoris extremi vertat se puppis ad oram.  
 At vos, Nereides, vos cætera turba Dearum,  
 Vitrea quæ colitis spumosa Doridos antra,  
 Felices, precor, ite duces, placidoque natatu  
 Pandite iter, vestrumque, Deæ, servate poëtam,  
 Qui vestra Oceani cantavit munera primus,  
 Primus & audaces duxit per cærula nautas.

Sed doctus cymbæ retinacula curva Melanthus  
 Immisit, terrisque abduxit fune soluto:  
 At tripiunt nautæ remos, atque æquora verrunt.  
 Mox, longè à terra ut ventum, fortissima pubes  
 Vela stetit factura: mari sed currit aperto  
 Puppis, & impressus fert impetus ipse volantem.  
 Ceu per inane volat fugiens lethalis arundo,  
 Quam Cressus duro ex arcu, vel barbarus egit  
 Threïcius. Verùm nautæ clamore secundo  
 Dant sensim velum in ventum, nè forte ruentes  
 Obvertant subitæ latus auræ, & cærula puppis  
 Accipiat: tumuere sinus: volat incita velis  
 Prona petens maria, & cita dissécar æquora pinus.  
 Confestim velut è nido sublapsa columba,  
 Radit iter liquidum, cœloque excurrit aperto.

Jam mihi spectanti longè Crateris ab alto  
 Urbs augusta, ingens, variis placidissima scenis  
 Panditur, & magno circùm curvata theatro  
 Versicolor, Phœbo primùm radiante, patescit.  
 Phœbeos velut ipsa sinu cùm roscida nubes  
 Accepit radios, circùmque remisit in arcum;  
 Extemplo curvata polo micat aurea summo  
 Thaumantis soboles, centumque coloribus ardet.  
 Omnis in obtutum nobis cadit aurea Siren  
 Parthenope, & latè colles qui rura coronant.  
 Lazza Pauſilypus, pulchris juga læta puellis,

*Crateris per  
hypothipo-  
sis descrip-  
tio.*

Cer-

Cernitur, & dextrâ qui proximus 1 Antinjanus  
 Undique lætam urbem lætis cum collibus ambit.  
 Herculeæ hinc cautes, & dictus ab Hercule 2 vicus,  
 Vicus odoriferis sylvarum cognitus umbris :  
 Et 3 Pompeianum, felicia litora Baccho,  
 Oscî quæ quondam, & veteres tenuere Pelasgi.  
 Apparent & rura, vago quæ flumine 4 Sarnus  
 Irrigat, & viridi prætexit arundine ripas.  
 Et veteres Stabiz, & crebris jûga consita sylvis,  
 Ac Surrentini colles, quibus invidet altus  
 Massicus, & dulci Bromio lætissima Creta.  
 Quin & Oliviferæ apparent delubra Minervæ,  
 Regnaque 5 Teleboùm felicia. longius inde  
 Parte alia surgens turrito vertice Nesis  
 Spectatur mediis in fluctibus, atque Dicarchi  
 Aprici colles, atque ignibus horrida 6 Phlegra,  
 Miséri juga celsa, & olentes sulphure Bajæ,  
 Atque humilis dirum Prochyte fortita Mymantæ.  
 Et quæ subiectum premit alta Typhoëa monte  
 Inarime 7, & circùm colles felicia læto  
 Uber alit centum vineta madentia Baccho.

At ratis interea, Borea spirante, secabat

Æquer, olivifero cùm jam de colle Minervæ  
 Delubra, & nobis paulatim claustra patebant.  
 Hic vigil intendit velo, clavoque magister;  
 Improvisus enim medio de cardine sèpè  
 Irruit Euroauster, & æquora turbine vertit:  
 Et vertit velum irrupiens. tu, navita, cautus  
 Collige vela manu, cùm turbidus intonat Auster:  
 Nec ventum superare, & spumea cœrula remis  
 Contendas: cursu vel proxima litora Lubræ,

Aur

---

1 Collis, qui proximè urbem ambit vulgo *Il Vomero*, in quo pagus est ab antiquo montis nomine dictus *Antignano*. 2 Herculanium incolis *Torre del Greco*. 3 *Terre della Nussiata*. 4 *Scafati*. 5 Caprezæ à *Telebo Pterelæ* Regis filio, qui primus e Græcia in hanc insulam navigavit. 6 Mons ignivomus non longè à *Puteolis*, *la Solfatara*. subiecti visuntur Phlegræi campi, ubi Hercules Gigantes domuit. hic olim liborinus ager, cuius mira fertilitas ab antiquis commendatur. 7 *Ischia* in qua altissimus mons *Epopeus*, cur *Typhoeus* subiectus est. hæc autem insula una cum Prochyte *Precise* *Pithecius* dictæ fuerunt.

**Aut 1 Polli statio vicina in valle petatur.**

At freta transversus celericūm puppe Melanthus,  
 Jam virides dextra Capreas, lævaque Minervæ  
 Saxa relinquebat, roseo cùm Phœbus Olympo  
 Pronus agebat iter, currumque urgebat ad Indos;  
 Tunc cecidit Boreas: demitti vela magister  
 Imperat, & molli luctari in gurgite tonsas.  
 Haud mora, demisso velo, maloque reposto  
 Ad latus arborea in furca, consurgere remis  
 Incipiunt nautæ, & celeres freta cærula sulcant.  
 Commisit puero clavum mox ipse Melanthus,  
 At ripuitque manu remum, sociosque lacefens  
 Diffindit maria: & socii superare magistrum  
 Contendunt, magnis & cærula viribus urgent,  
 Ceu luctatores nudati corpora quando  
 Gramineis alacres exercent membra palæstris;  
 Vel quales, nauci caprum, cervumque bicornem,  
 Exuperant deserta, fame stimulante, leones.  
 Continuò adductis spumant freta versa lacertis,  
 Et cani apparent convulso in gurgite sulci.

Et jam Sirenum 2 scopulos proiectus adibam,  
 Cùm roseas Titan nubes, aurumque relinquens,  
 Conditur Oceano; & bigis invecta serenis  
 Nox venit, humentique polos involuit in umbra.  
 Tunc rector: Quia blanda mari nox se intulit alto,  
 Remigio instemus, socii, cursuque petamus  
 Leucosiam: nobisque dati nunc temporis usus.  
 Turpe serenatas pro somno perdere noctes.  
 Sic ait: & nautæ faciunt mandata magistri.  
 Proscindunt remis vada lenta; fugitque per undas,  
 Ceu fulmen, pelago subter spumante, phaselus.

Serenis no-  
ctibus navis  
gandum.

Hinc, prima jam nocte polo constare sereno  
 Omnia cùm vidit, placidasque è collibus auras  
 Allapsas sensim increbescere, vela magister  
 Expandi in ventum citò jussit: & ipse virentem  
 Leucosiam contrà proram temone tetendit.

Interea fessi placidam per transtra quietem

Car-

<sup>2</sup> Sinus inter Surrenum, & Massam Lubrensem, in quo olim ad mare celeberrima fuit Pollii Felicis villa. locum nunc corrupto vocabulo *Pasole* nautæ dicunt. <sup>3</sup> Tres Insulae Pæstani sinus. *li Galli.*

*At rorori  
maxime  
tunc vigi-  
landum est.*

Carpebant sparsi nautæ: vigil ipse magister  
Nocturnas agit excubias; Nam cura salutis  
Cui commissa hominum, & virtæ spes dirigit unus,  
Non decet in dubiis concedere lumina sombo:  
Semper & in dubio res est, dum currimus æquor.  
Jani & Silari, Zephyris spirantibus, ora legebat  
Lembus, ubi multus gelido de flumine ventus  
Sub noctem spirat, magna cùm voce Melanthus  
Conclamat, Socii, ò vos hic, velumque, rudentesque  
Arripite: hic locus est (hec me sententia fallit,  
Atque acti cursus, servataque sydera cœlo)  
Crebet ubi surgit Silari de flumine ventus.  
Hæc ubi dicta: gravi increbescere murmure ventus  
Incepit, nautæ surgunt clamore vocati:  
Arripiunt, solvuntque citi, laxantque rudentes.  
Ceu cùm sub noctem specula couclamat ab alta  
Custos arma vocans, dum primùm conspicit hostem  
Mœnibus instantem, vallo & propiora tenentem.  
Exemplò commissa quibus custodia turris,  
Arma citi rapiunt, stipati & mœnia complent.

*Vigilare  
Nautas no-  
tus opus est,  
cum fluvio  
ram era,  
vel conca-  
va Vallium  
prater na-  
vigant.*

Sic vigilem te, nauta, velim dum noctis in umbra  
Pupibus ora legis fluviorum, aut concava vallis,  
Quà subita in velum descendit fortior aura,  
Quæ, nisi confessim velo des pronus habenam,  
Invertet latus, & navis rueret acta sub æquor.  
Vidi ego, Tyrrenis quà se vagus inserit undis,  
Et molles viridi convestit gramine ripas  
Ocinarus, cœcæ noctis periisse sub umbra  
Egregium formæ juvenem, quo pulchritudinæ alter  
Non fuit, atque atavis, opibusque potentior alter:  
Et gratus Musis, & Phœbo gratarior ipsi.  
Hic puer in sylvis primos transegerat annos  
Agrestes inter divas, & Oreadas inter.  
Hic modò per nemorum saltus, & confraga vallis  
Veloces trebris agitabat cursibus apross;  
Et modò per colles, sylvosaque culmina damass;  
Atque agilis cursu fuit, indomitusque labore:  
Acer equis: & sœpè puer campostria circum

Exer-

<sup>1</sup> Fluvius Picentinorum Selo ab incolis dictus in hunc se exonerat  
Tanager, cuius meminit Virgilius

Exercebat equos, pidiisque ardebat in armis.  
 Illum & Hamadryades sylvis, & Oreades illum  
 Montibus, & comitem virreis in fontibus illum  
 Najades optavere, & dilexere puellæ.  
 At puer infelix cum jam pubescere cœpit  
 Major, & ingentes animos, & grandia facta  
 Concepit, jam laudis amans, laxa otia ruris,  
 Et nemora alta Jovis liquit, saltusque beatos:  
 Atque deas spreyit nemorum, rurisque puellas.  
 Felix ille deas si non sprevisset agrestes;  
 Nam non irato sensissez numine Divos,  
 Ergo ubi tranquillo sub sydere navigat æquor,  
 Ac deses clavo sedet, incautusque magister,  
 Ocinar i demissus adest de flumine ventus.  
 Obvertaque ratem. proh Numina! mergitur undis  
 Infelix puer, & fato decedit æcerbo.  
 Illum ipsæ cautes: illum vaga cærulea flerunt;  
 Et Thetis, & Doris, cunctæ & flevere puellæ  
 Nereides gemitusque cavo Deus edidit antro  
 Ocinarus, Manesque etiam ingemuere & Ligeæ.

Hic neque transierim, quod non leviore notabis  
 Cura. Sæpe, eavis spirare è vallibus aura,  
 Aut quam vicino descendere ducis ab amne,  
 Aut venit Illyricis è montibus, aut flat Eoo.  
 Quam tempestivè nisi tu deprenderis, illa  
 Paulatim in pelagus puppim propellat apertum,  
 Ut detur mox nulla tibi remeare potestas  
 In terram, quamvis frangatur remus in unda.  
 Sic olim medio periisse gurgite mersus,  
 Ni cautus senior dixisset nauta magistro;  
 (Vosque senes semper faciles audite, magistri)  
 Quid tardamus adhuc nos ò, lege vela, magister.  
 Non hæc è fluvio ruit aura, aut Eurus ab Ottu  
 Vela implet veniens, aut Hellespontius hic est,  
 Nonne vides, ut crebra micent vaga sydera cœlo?  
 Montibus & summis strepitu nemora alta canoro

Venit qui  
fuit, accuro-  
tè notandum.

Vatis peri-  
culum ex  
ventorum  
ignorantia.

Quaf-

<sup>1</sup> Fluvius Brutiorum, qui propè Terinam interfluit, vulgo Savuto.  
<sup>2</sup> Altera ex Sirenibus, quæ in Italianam deuictæ ex Græcia fuere (ter-  
 tia Parthenope est) quæ ad Ocinarum obiit, & sepulta est in insula  
 ad fluvij ostia sita, dista Terinæ scopulus Pietra della quæ.

Quaſſa gemant, mediasque laceſſant cærula cautes?  
 (Quæ venti ſpirantis erunt tibi ſigna, magiſter)  
 Hęc ille. & velum collegimus ilicet: Euroque  
 Obluctari unā nauſe cōpere lacertis.  
 Et multo tandem conatu, & tempore longo  
 Vix notam attigimus vicini litoris oram.

At nos interea ventus provexerat altos  
 Trans Silari lucos, & odora roſaria Pæſti,  
 Cūm matutino ſurgente à gurgite Phæbo,  
 Leucosiam ſpectamus; & alta cacumina longē  
 Alburni ⁊ apparent croceis ardentia flammis.  
 Hic ventus velo immoritur: mora nulla, juventus  
 Vela legit: muto luſtantur gurgite tonsæ.  
 Proxima Leucosiae transmittitur ora phaſelo:  
 Lucanumque ſolum legimus, collesque Velinos;  
 Hinc cautes, Palinure, tuas, portusque reپoſtos,  
 Velocique fuga tranavimus ardua montis:  
 Et vix prærupto proiecta è culmine ſaxa  
 Fugimus. Hic senior ſpecula ⁊ Palinurus ab alta  
 ſaxa manu jacit implorabilis. æquora longē  
 Puppe pete, & lœva ſcopulos fuge, nauſa, rigentes,  
 Ne te ſublimij petat ille à vertice ſaxis.  
 At legera alta velis ſi duri culmina montis,  
 Redde ſeni naulum, & ſupplex venerare magiſtrum.

Sed jam prærupti ſuperato vertice montis  
 Cūm plauſu, fremituque ſinistras rector ad undas  
 Circumflebit iter, vicinaque litora curſu  
 Puppe petit. (melior quoniam pars acta diei)  
 Tunc lembo egredior primus, ſociisque ſequuntur  
 Omnes florentes ætate, atque artibus omnes  
 Ingenuis: grati Phæbo, gratique Camœniſis.  
 Mox unā ad fontem contendimus. Eſt ſpecus altum  
 Scrupoſa ſub rupe patens, cui myrtlea ſylva  
 Deſuper incumbit: medio de pumice manat  
 Mollis aqua, & nitidos inter fluit unda lapillos.  
 Hic hilares cuncti in molli diſcumbimus herba;  
 Et mensam tenui cultu, dapibusque paramus  
 Litoreis, primū erumpentem flore novello

Cau-

<sup>1</sup> Mons iter Silarum, & Tanagrum, vulgo Monte di Pettiglione.  
<sup>2</sup> Prominent in mari mons à Palinuro ſic appellatus,

Cauliculum pingui succo, lardoque vetusto,  
 Et tenera elixum vitula libamus: & inde  
 Ingentem pipere, & conditum melle caponem;  
 Quem tenui Cerere incrustaverat ante Britannus  
 Pistor, odorato perfundens nectare crustas.  
 Hinc geminos barba mullos, ostroque nitentes,  
 Et rutilam auratam, & stombrum, sargumque salignis  
 Assatum veribus, quos tunc de gurgite nostri  
 Captara h̄t juvenes, pelago dum retia mittunt,  
 Sed nativus adhuc color assis, & sua forma,  
 Atque odor halabat scopulorum dulcis, ut ipsa  
 Dixisset etiam spirare in lancibus illos.  
 Inde pyrum l̄eti, mitemque comedimus uvam,  
 Sed largis sap̄e in pateris festi inter edendum  
 Campanum dulci Baecho libamus honorem.  
 Hinc omnes, postquam, monsque, epulæque remors,  
 Fronde super viridi, & sub tegmine rupis opaco  
 Sternimur, & placida curamus membra quiete.

Mox brevis ut membris sopor insitus, ilicit omnes  
 Surgimus, & celerem conscendimus indyphaselum,  
 Proxima Lucanæ perstringit palmula ceruzæ  
 Litora: Projectas cautes, scopulosque sonantes  
 Radimus, & Melphis transmittimus ora fluentis.  
 Jamque humiles subeunt modias & Oenotrides undas,  
 Et sensim retro fugions Palinurus opaco  
 Vertice decedit: collesque, urbesque propinquæ  
 Praeterreunt, celerique fugit vaga scena theatru.

Remigio interea provecti & cœrula Laï  
 Intramus: mutis torpobat flutibus æquor,  
 Et longè vix saxa, freto resfluente, sonabant.  
 Ergo altas violamus aquas, & temige multo  
 Cœrula Buxenti præter sinuosa volamus.

At tibi quid, Palinure, cava si ventus ab ora  
 In proram gelidis descendat plurimus auris,  
 Non ego præterea tacitus. Resonantia propter

L

Lito.

<sup>1</sup> Fluvius Lucanorum inter Palinurum, & Buxentum, accolis otiam  
 nunc Melfa, & Melpa dicitur. <sup>2</sup> Insula duæ Pontia, & Ischia ad oria  
 Haletis vulgo Malento, & Fiume di Piscicella, est autem Piscicella antiquæ  
 Velia, quæ & Elea dicta erit, Patria Parmenidis, & Zenonis Pythagor  
 scorum. <sup>3</sup> Talaus fatus Gelfo di Pollicastro.

Per Anag  
viam na  
vigatio.

*Quidcum  
ventus à p.  
superfici.*

Litora, sub colles, umbrosaque culmina sylvis  
Stringe oram remis, & nisu flamina vince;  
Subter enim colles crebrescit mitior aura.  
Sed durare opus est ventum, multoque labore  
Est tibi cærulea lentandus remus in unda.  
At si succrescat violento murmure, retrò  
Fleste viam velis, rapidoque obsistere vento  
Ne certes, labor incassum cadet omnis, & ipsa  
Nequicquam remo insudat generosa juventus.  
Ergo tibi primùm cura majore notandum,  
Silevis aura sinu submurmuraret, an vada surgante  
Spumea, & alati discindant aëra venti;  
Quippè quies pelagi sœpe est tranquilla per oram,  
Flamina ventorum quando latè acriùs altum  
Invertunt violenta finum, tolluntque sub astra.  
Hoc quibus, & certis valeas cognoscere signis,  
Accipe. Si nimio scintillent lumine stellæ,  
Ventosque alto densentur vertice nubes,  
Aut penitus summo crebrescant murmura ponto,  
Tranquillo ne crede mari, cæloque serenos;  
Nanque sinu in medio strepit aura, & cærulea spumant;  
Sed me jam raucus venientis sibilus auræ,  
Incepitque vocant per opaca silentia cursus.  
Sylvarum, carlique decus Latonia Virgo  
Assurgens nivea lustrabat lampade terras,  
Confestim gelidæ vicinis collibus auræ  
Descendunt, velumque vocant: dant carbasa nautes;  
Implet & aura finus: fertur citâ gurgite puppis.

*Per Cala-  
briæ littore-  
lia naviga-  
tio.*

Jam retrò vitidem geramato in vertice Aitam  
Liquimus, & clari pariter monumenta: 1 Draconis:  
Hinc 2 Talai fontes, & aprico in colle 3 Carillas,  
Muscosamque 4 Adamanta lego, 5 Blandamq; virente,  
Plutima latus ubi sua munera jactat Jacchus.  
Inde 6 urbem impostam scopuloso in vertice saxi,  
Citria cui nomina fecere, atque ære potentem

Præ-

---

1 Sacellum unius ex Sociis Ulyssis. 2 Idem ac Lans Laino.  
3 Cirella, ex qua latissima deferuntur riva. 4 Diamante 5 Bolvadore, ex qua optima provenit una passa: perque omnia Europam devehitur. 6 Ouvares.

Prætereo 1 Temesam, & delubrum in colle 2 Politæ.

Fortior hic ventus spirare è vallis altis  
Incipit, & scissi spuma incandescere fluens:  
Nos tunc in levam jussit succedere rector,  
Quà ventus pulsabat aquas: sic pondere justo  
Stat ratis obliqua, & facilis freta cœrula fulcat.  
Sic ego per dubias errare frequentius undas  
Optarem, obliquas auras optate, magistri;  
Rectum carpit iter obliqua per æquora puppis.  
Nam cum postico descendit murmure ventus,  
Et librata maris diffundit marmora pinus,  
Improvisa latus vertit sœpe aura sub undas.  
Tunc vigil in puppi retinacula curva gubernet  
Rector, & intortos pertractet nauta rudentes.

*obliquas  
aura felici-  
tior.*

Sed jam purpureos currus Aurora vehebat,  
Cum tandem Patici ventus nos vexit ad oras.  
Hic fidos noto complexi litore amicos,  
Numina 3 magna loci proni veneramur, & inde  
Magnanimum viso 4 Heroem, prolemque beatam  
Tot Spinelliadum cretorum à sanguine Regum:  
Et te, Diva, meis 5 nunquam reticenda Camœnisi,  
O Isabella 6: sed, ah! diro quo turbine rerum  
Te properè è nostris mors abstulit invida terris?  
Certe equidem (nec vana fides) invidit Olympus  
Te nobis, numerumque volens augere Dearum,  
E terris tulerit, & cœli super astra locavit.  
Ergo poli quacunque sedes de parte sereni,  
Aspice nos, Isabella, ratemque per alta gubernia,  
Atque meæ semper sis tu Cynosura carinæ.  
Hinc postquam Dominos invisi, & numen amicum,

*Isabellæ  
Spinellæ  
Elogium.*

L 2

Dī-

1 Terra Loppæ vetustissimum oppidum, ex quo optimum est, ut habet Homerus. 2 Vnius ex sociis Ulyssis. 3 Divu Franciscum Minimorum Parentem, cuius hoc in oppido, ex quo fuit oriundus superbissimum extat templum! cum per amplio cœnobio. 4 Ioannem Baptizam Spinellum Fuscaldi Marchionem, Patricique Dominum, virum animo penè Regio, & gestis belli, domique clarissimum. 5 Marchionis filia, magnique Comitis Altaville conjugx, Matrona literis suprà sexum eruditæ, pietate verd, & moribus integerrima. Ab his sœpè Poeta humanissime exceptus fuit, cum Tyrrhenum navigaret.

Digredior. Celsi legimus vada salsa & Lyciti,  
Et gelidum retrò puppi tranavimus & amnem.  
Hinc alris imposta jugis 3 Nepetia surgit,

*Nepetia fabula, unde urbs, Vatis est, sedes per quām eba-za.* Quondam Nympham maris, quæ Najadas inter oberrans  
Infelix perit, Satyros dum casta petulcos,  
Lascivumque fugit Panem: fluvioque sepulta est,  
Nunc urbs antiquæ servat cognomina Nymphæ,  
Vati dulce solum: primos hic ille sub annos  
Excoluit Musas, tenerosque instruxit ephebos.

Apricos late colles clamore saluto:

Ingeminant nautæ plausus: ceu gurgite ab alto  
Cum Solem aspiciunt venientem lumine puro.

Vocales modulantur aves. longè assonat Echoz  
Plausuque assurgunt valles, collesque supini.

Hinc viridem 4 Linum, & 5 Tyllesia saxa relinquunt,  
Et Baccho lætam geminato in colle 6 Terinam  
Ostiaque Ocinari legimus, tumulumque Ligæz.

Hinc & vitiferos colles, & rura 7 Lameti,  
Angitulæque 8 cito cursu vada flava secamus.  
Mox 9 Laëriadæ speculam superamus Ulyssis,  
Dives ubi quondam turritis mœnibus 10 Hippo,  
Quam fortes coluere Locri: nunc tota ruinis  
Mersa jacet, congesta jacent simul horrida saxa.  
Fata urbes, & regna trahunt: sub mole caduca

Quid

1 Maritimum in colle oppidum S. Extito. 2 Flavius, & oppidum Fine me freddo. 3 Quæ & Clampetia, verutissimum, ac nobis oppidum in colle situm ad Olivæ flavii ripas, incola Catocastro vocant, eo quod subter castrum, quod urbi imminet, interfluat, urbi Amantea vulgo appellatur. 4 Promontorium ad Olivam amnem Camole. 5 Promontorium alterum, in quo urbs, & sylva eiusdem nominis Capo di Cerica Calabri vocant. 6 Antiquum oppidum, cuius laudatissima sunt vina, est autem in amoenissimo colle vitibus confito extructum Necera di Calabria. 7 Fluvius, vernaculo sermone l'Amato: est & promontorium Lametes, vulgo Capo Sbarro: inter promontorium, & fluvium oppidum est Lametus, sive Lametia à fluvio dictum Santa Enfemia. Hæc autem urbs tota penitus absorpta est in ultimo Calabriæ terræmotu. 8 prædicto fluvio appellatur ingens sinus Lametinus Golfo di S. Enfemia. 9 Parva insula contra Vibouem. 10 Sive Hipponium à Locris conditum: Romani Vibonem Valentiam appellauit, Monteleone.

**Quid mirum miseri si Fatis ducimur ipsi.**

Prona coloratos jam lux vergebatur ad Indos,  
 Cùm subitis regitur densatis nubibus aér,  
 Atque imo sensim è fundo maria atra tumescunt  
 Igneus ipse etiam flagrabat proximus alto  
 Sol pelago, instantis certissima signa procellæ,  
 Quo visu puppim detorquet rector ad oram,  
 Proxima quæ tuta nobis statione patebat.  
 Agmine remorum celeri freta turgida verrunt,  
 Solicitique fugam capiunt ad litora nautæ.  
 Ut, cùm terribilem descendere monte leonem  
 Aspexere, fugam atripiunt per rura, coloni:  
 Et sua vix summo vestigia pulvere posunt.  
 Alipedes facit ipse timor: nec currere cessant,  
 Ni jam securi procul evasere periculum.

Seriùs hesterno postquam de fluctibus ortu  
 Emergit veniens attrito Delia cornu,  
 Surgere nec ventos, discludi aut nubila cælo  
 Aspicimus: pendent nubes: silet æquor, & altum  
 Sylvani nemus, & cælo intempesta ruit nox.  
 Tunc rector pelago deduci è litore cymbam  
 Imperat: incipiunt nautæ parere parati.  
 Tunc sic ingressus: Non si mihi Juppiter ipse  
 Spondeat, hoc fluctus ausim percurrete cælo.  
 Hic sinus infamis, refugisque exæstuat undis  
 Brettius <sup>1</sup>, & duris densa: ura cautibus ora.  
 Præterea (avertant destro Dii numine casum)  
 Si noctu ruat è cælo sine more procella,  
 Quantus erit sub nocte timor? majora pericla  
 Impendent noctu, & terrorem plurimus horror  
 Accumulat: pendent animi: & mens nescia nutat:  
 Quid facias, cursuque petas quæ litora, nescis.  
 Qualis ubi nemorum per inhospita lustra viator,  
 Cùm Lunam obtexit nimbus, pluviaque refusa  
 Descendere, viæ spatiis deprensus iniquis,  
 Quæ vitet prærupta, petat quæ tegmina, nescit.  
 Rector ad hæc: cauteum toties servata Melanthum  
 Sydera non fallent, nec quæ tot curribus actis

*Difficilis  
per Brettius  
fugam na-  
vigationis no-  
ste intem-  
pesta .*

L 3 No.

<sup>1</sup> Sire Brutus, qui à Brutio promonsterie capo Paleariæ scyllæ usque extenditur, Goffo di Giola,

Nota mihi, crevitque usu experientia longo.  
 Quot similes vidi noctes, quibus æquore vasto,  
 Inter & horrores, altæque silentia noctis  
 Erravi. Dedit ipsa vias audacia primum:  
 Successu tutas inde experientia fecit.  
 Ite igitur placeat: tutus, mihi crede, poëta,  
 Cursus erit, verum si pigri hac nocte taberna  
 Brettiorum infamis tetroque manebimus antro,  
 Heu miseris! quo nigra dies domus ista tenebit.  
 Nam cum Phœbus equos aget æthere, concita nimbis  
 Spectabis maria, & longum durare procellas.  
 Crede seni, multi florent cui vertice cani.

His dictis commotus, iter per cætula carpo,  
 Tunc rector cymbam dat flutibus: illicet omnes  
 Ex æta in puppim conscendimus. haud mora, nautæ  
 Corripiunt mare solliciti: freta versa lacertis  
 Despumant: medio prætervolat æquore linter.  
 Ipse æstum fugiens clavum deflexit ad oram  
 Tinaciz rector: mediusque silentibus umbris  
 Brettius ære sinus proscinditur. Aeta phaselus  
 Jam propè Sicaniam nitidas radebat arenas,  
 Cautus ab excelsa tunc clamat puppe magister:  
 O, inhibete citi tonsas. mora nulla, juventus  
 Cursum inhibet remis, vertitque ad litora puppim.

Ipse mihi tunc rector ovans: Ars multa Melanthum,  
 Illum nec cœli experientia nota fefellit.  
 Hæc animis conde, ut venturos carmine nautas  
 Edoceas; (nostræ nam te fecere poëtam  
 Nereides, viridi velantes tempora myrto)  
 Cum Sol Oceano demergitur, aut vaga Phœbe;  
 Nocte intemperata tacitas agit æthere bigas

*Quando ne-  
Ge in du-  
bius tuus se-  
curus.*  
 Exoriens, nec flare levi Notus incipit aura,  
 Nec mare sollicitos urgere ad litora flutus.  
 Tende iter in noctem: nullus ruer ære nimbus,  
 At nunc in molli corpus sternamus arena:  
 Nec tentemus aquas cœca sub nocte Pelori.

Jam ferrugineos Aurora invexerat ortus,  
 Cum tandem angusti spectamus claustra Pelori.  
 Arripiunt nautæ remos: pelagoque volamus.  
 At mihi cernenti Siculi miracula ponti,

Pax-

Panditur insuetum, scena in refluente theatrum:  
 Et majora quidem, quamque vulgaverat olim  
 Fama patrum. Freta coeca maris fervore videmus,  
 Et bullire salum, & latè incandescere spumis.  
 Fervidus incandet curvo velut humor aheno,  
 Cum subter virginis stridet crepitantibus ignis.  
 Sed certis fervore locis vehementius æquor  
 Aspicio, longoque albescere cœrula tractu.  
 At laves medio fluctus, tractimque fluentes  
 Ocyus ire: ratemque simul trahere æquora certao.  
 Obstupui primum: mox explorare latentes  
 Aggredior caussas: quas & meminisse juvabit.

Hesperiaz finem juxtâ, Siculumque Pelorum,  
 Quà modico terras æstu secat unda revulsas,  
 (Nam, si vera canunt, quondam fuit utraque Tellus  
 Una, sed ingenti mox terræ concita motu  
 Dissiluit. vapor è gremio Telluris ad auras  
 Erumpens tantam potuit fecisse ruinam )  
 Itque, reditque mare, & Lunaribus æstuat horis.  
 Cum Luna Oceano emergit, turgescere pontus  
 Incipit, & magna fertur vi percitus, ipsa  
 Ascendens quod Luna trahit: nam fluctibus ille,  
 Seu genius, seu dirus amor, vel concita vis est,  
 Ut Luna veniente fluant, refluantque vicissim,  
 Dun fugit: In pratis veluti flos roscidus ille,  
 Helio quem Graii Tropium cognomine dicunt,  
 Ut Solem mediis venientem aspexit ab undis,  
 Incipit inflesti in Solem, gyroque sequaci  
 Currentem cursu sequitur: mox inde reverti  
 Ut vedit, retrò devexo vertice cedit,  
 Orbibus assimilans Solaribus æmulus orbem.  
 Floribus ingenium est, virtutis & æmula virtus.  
 Ni veteres forsitan Phœbi suspirer amores  
 Infelix Clytie, durumque sequatur amantem.

Oceano afflurgens Phœbe vien concitat undis:  
 Agglomerantur aquæ paulatim: & gurgite pleno,  
 Jam mare turgescens ascendit ab usque Pachino:  
 Plemmyrium 1 secat undosum, 2 Tapsumq; jacentem;  
 Flavaque prorumpens præter volat ora Simethi.

Mameritis  
 Freti de-  
 scriptio.

Affus si-  
 colus.

Et quo tem-  
 pore inci-  
 piat.

Helicoppi  
 descrip<sup>n</sup>e.

1 Syracusarum promontorium contra Ortigia. Mafia d'Olivero.  
 2 Isola della Magnisi

*Reflexus  
Trent cur-  
fir.*  
 Ast ubi & Cyclopum scopulos, & Acimque fluentem;  
 Præterit, rapida vi fertur, & impetu multo  
 Angusti saliens irrumpit claustra Pelori.  
 Hinc Scyllæa fluens per litora, perque 3 Metastrum  
 Irruit in 4 portum, qui servat ab Hercule nomeas:  
 Sed sensim fugiens æstus languescit aquarum.  
 At postquam medii circum jam Luna diei  
 Descendens secuit, confessim concita reerat  
 Vertuntur maria, & refuga Thetis æstuat unda.  
 Cum vero ad Manes descendit, cœrula rursus  
 Ascendunt, refluuntq; hinc & conversa sub Ortum  
 Dum properat, posito subsidunt gurgitis æstu.  
 Verum quæ Siculum Tellus Reginæ Pelorum  
 Spectat, & hinc Cenys surgit, & Neptunius illinc,  
 Est rapidus matis æstus, & oxyus unda recursat.  
 Has inter terras servescit gurgite passim,  
 Diversisque locis bullit maris unda tumescens.  
 Est & Trinacriæ propè lieus in æquore vortex  
 Horrendus. Graii quondam dixere Charybdim  
*Charybdis  
qua.*  
 Nomine, Cariophyllum appellavere Sicanis;  
 Quippe illum gyro florem maris unda quieti  
 Exprimit: alato cum fervet turbine Nereus,  
 In gyrum glomerantur aquæ: velut incita fertur  
 Axe super longo rota mobilis, & citus orbis  
 Vertitur in medio, per vorticis ora rotantur  
 Veloces cursu fluctus: ruit unda sub imum  
 Oceanum pæceps, rapiturque voragine tetra.  
*Ritus Ma-  
mertini ua-  
ria cassie.*  
 Nam subtus terram, ut perhibent, Manesque profundos  
 Tenditur immensus per concava saxa meatus:  
 Illum trans Libyæ fines erumpere fundo  
 Oceanivoluere, viisque secare latentes  
 Oceanum Eoum, fluæusque hautire Sicanos.

Sub-

2 Li Sparaglini. 2 Iaci. 3 Geminus fluvius alter per Turianum  
 seminare fluit accolis dictus Fiume Marro, alter per Mediamq;  
 farno, & appellatur Messana, & Messana. in hoc, aiunt, se lavissi Ore-  
 stem, & sanam iterum mentem accepisse. 4 Herculis portus, qui &  
 Tropæa, sic vocatus, quia ubi ad illum pervenit Siculi maris æstus,  
 revertitur, nec ultra excurrat. 5 Mons Melanz immensus. Colle de'  
 Rizzoli.

Subter aquis i alii vastam consurgere rupem,  
 Rupis & in medio horrendum curvamine lato  
 Esse antrum dixere, sinuque patere capaci:  
**A**t verò rapidum contra prouincere flumen  
 Litore ab adverso, ex ipsis radicibus Aetnæ  
 Immissum cæco loca per conclusa meatu:  
 Inque specus celeti cursu devolvier amnem.  
**Q**uod cùm spumoso venerunt impete fluctus,  
 Merguntur scissis in rupibus: inde retrorsum  
**A**llisi redeunt vi multa, & protinus imo  
 Vorticibus circum rapidis tolluntur in altum.  
**S**eu quoniam terræ cùm dissiluere revulsæ,  
 Altus ad infernos vi per loca concava Manes  
 Latè aditus patuit circum, multusque dehiscit.  
 Hinc æstus pelagi, hinc immanis & illa Charybdis.  
**C**ùm Notus, aut Euri furit ira, aut sibilat atrox  
 Africus, horrendo implacabilis ore Charybdis  
 Äquor agit circum, rapidosque voragine fluctus  
 Sorbet, & cruentans iterum jaculatur ad astra:  
 Pontus at immenso jaestatus turbine venti  
 Irruit, & crebros fert longè ad litora fluctus.  
 Verùm ubi vorticibus venit jam proximus, intus  
 Præcipiti lapsu descendit, & omnia circum  
 Sorbet agens: veluti montano à vertice torrens  
 Veloci veniens devexa per avia cursu,  
 Obvius ut vasto occurrit Telluris hiatu,  
 Mergitur, & præceps Manes ruit actus ad imos  
 Cum sonitu, latèque strepunt per confraga fluctus.  
 Si tibi chara salus, rapidam fuge, nauta, Charybdis;  
 Nam si sublapsus venies ubi vortice fervent  
 Äquora, nulla tibi dabitur fuga, nulla salutis  
 Spes ultrà: abreptam vortex trahet illicet alnum.  
 Vidi ego (Dii Superi nautis arcere periculum)  
 Misce oculis, inquam, torrentia flumina vidi,  
 Et monstrum horrendum Sicula sub rupe Charybdis  
 Ore dehiscensem, fluctusque sub ima trahentem.

*Car Charyb.  
dilectiss.*

**A**t latus Italiaz dextrum, maris horrida virgo **Scyl-**

*Athenaeus*

*Kircherius*

<sup>z</sup> Ita observatum ferme ab egregio quodam Vrinatore, dum Fe-  
 derici Regis iussu prope Carybdis urinat, ut auream pateram ab  
 ipso rege projectam è fundo educeret. huic Nicolao nomen erat à  
 Prochyæ oriundus, verum ob insignem urinandi artem cognomentq  
 Pisces vocabatur. De hoc plura in Halienisq, que jam paragous,

*Deundi sub-*

*terravæ:*

*to. 1. lib. 2.*

*cap. 25.*

*Sq̄ue.* Scylla tenet, canibusque latrat succincta marinis.  
 Litore densantur cautes, penitusque cavernis  
 Unda fremit, vocem s̄e vorum imitata luporum,  
 Cūm pelago jaētantur aquæ, tu cautus in altum  
 Carpe fugam: nam Scylla sinu complexa profunde  
 Disceret, monstrisque dabit tua membra marinis.

Præterea, mare dum refluit Sicana secundum

*Mira de  
Rn.  
Villa Rhei-  
gina de-  
scriptio.*

Litora, præcipiti cursu tunc scandit ad oras  
 Italiz pronum, ferturque rapacibus undis.  
 Est & Regino prætenta in litore villa  
 Nacaris <sup>1</sup>, antiquo Nymphæ de nomine dicta,  
 Læta situ aprico, & pulchris spatiose viretis,  
 Mollemq; ad Zephyrum, & Solem conversa cadentem,  
 Palladio è ludo quâ fessi s̄e solemus  
 Quære re secessum Musis, atque otia læta.  
 Hinc æstus molitur aquæ primordia cursus,  
 Et Mamertini contendit in ostia portus:  
 Ut venit, allisus retrò ruit inde rapaci

*Abusus  
triplex.*

Torrente, & medio despumant gurgite sulci.  
 Alter at interea per litora profluit æstus  
 In Cenym; hinc lævam tendit, litusque Sicanum.  
 Cūm fluit unda, brevis pelago via: nullus & alnos  
 Pontivagis agitare labor:cita cœrula puppes  
 Ipsa ferunt: non remo opus est, non flamme venti.  
 Qui viridem Cenym, spatioseque rura Saliceti,  
 Et <sup>2</sup> Scyllæ colunt qui litora, l'entre cavata  
 Trinacriam nullis pulsantibus æquora remis,  
 Descendente mari, veniunt, redeuntque retrosum,  
 Dum Salit: imbellis pueri, innuptæque puellæ  
 Veloces agitant cymbas, fugiuntque per undas:  
 Non vada, nec rapidi formidant fluminis æstus,  
 Aspera quæque dies, longusque emolliit usus.  
 At si cūm refluit maris æstus, & unda recursat,  
 Obvius ire velis, frustra conabere tonsis,  
 Incassumque Noti descendenter puppe secundi.  
 Sæpè rates medio harentes in gurgite vidi,  
 Cūm venti velum inflarent: velut aspera saxis  
 Stat rupes immota mari, ventosque laceflet:

Ceu

<sup>1</sup> Suburbanum rus Collegii Regini Nacareni, vulgus vocat. <sup>2</sup> Le  
*Stiglio*, oppidum serico lanifico nobile: ex quo in Siciliam vel ipsa  
 malieres sine remo, sed fluxu serente veniunt, redeuntque.

Ceu sterit extemplo mediis in fluctibus alnus,  
 Cūm trabibus subter curvis Echeneis adhæsit,  
 Si forte in rapidos spumosæ Doridos æstus  
 Turritæ inciderint naves, tunc ære canoro  
 Dant longè signum: Scyllæ ab litore rector  
 Accitus venit extemplo, immotasque carinas  
 Vorticibus trahit è mediis, pulsatque periculum:  
 Multo illum nautæ servati munere donant.

Non secus è patria veniunt Tellure Britanni:  
 Æstus ut Oceani refluit, dant pupibus undas,  
 Descenduntque mari refugo: mox concita retrò  
 Ut saliunt maria, è puppi demittitur alto  
 Anchora, &c in medio feriati gurgite sidunt.  
 Rursus & ex imo deducitur anchora fundo,  
 Cūm refugit, longèque petunt sine remige Belgas.

Tempestate illa, Zanclen qua Gallus habebat,  
 Sicaniamque omnem bello vertebat opimam,  
 Cænyos aprici memini me litore curvo  
 Allobrogem vidisse virum, cui nomen lopas.  
 Hunc rigidi falsa sub proditione Sicani  
 Insontem ficto indicio; quia scilicet igni  
 Aggressus totam clam noctu incendere classem,  
 Atque urbem simul, atque omnem subvertere gentem,  
 Damnavere neci, morremque inferre parabant.  
 Ille ubi cognovit se certæ occumbere morti,  
 Incœpit versare modum, quo tristia Fata,  
 Et necis infandæ sortem pulsaret iniquam,  
 Moliturque fugam (justis Deus adfuit ausis )  
 Cūm prima ex alto rueret nox humida cælo,  
 In mare se nudum demittit, & æquore nando  
 Incipit Italiam celeri contendere cursu.  
 At miser hac, illac quæ fervidus ipse trahebat  
 Æstus, oberravit dubius, vitæque, viæque.  
 Cūm tandem (insontes cælo pia Numinæ spectauit)  
 Cænyos undosas venit jactatus ad oras  
 Semianimis, gelidoque jacebat litore nudus.

Fortè pererrabat per proxima litora Tarchon,  
 Excubias qui forte datæ tunc noctis habebat;  
 Hic ubi conspicxit Lunæ sub luce maligna

*Britanni,*  
*in Belgiam*  
*æstus ferens*  
*et navigans*

*Galli militi-*  
*us undas*  
*facientes;*

Ad:

Advenisse virum in litus per cœrulea nando,  
Fit propior misero, & novitatis imagine captus,  
Dicere qui sit, quidve agit, quo sanguine cretus,  
Hortatur, dextramque viro dat pignus amoris.  
Ille algore rigens vix haec dedit ote trementis  
Gallus & ego, Siculos, invisaque litora fugi:  
At tu, si qua animo pietas, si tangeris & tot  
Ærumnis, mea membra fove. nec plura profatus,  
His dictis, Fatoque viti commotus acerbo  
Magnanimus Tarchon, gelido de litore nudum  
Sustulit, & laetus cervici imponit inertem.  
Ut vicina subit sociorum castra, rigentes  
Ignibus admovit sublati militis artus.  
Hic, ubi vitali recreatus membra calore,  
Et solitæ vires animo rediere, profatur:  
Et caussas omnes referens ab origine dicit.

Hic mihi, vectus equo dum florea rura salici  
Propter aquas, jubare exorto, litusque peterto,  
Haec dedit: explevitque animum novitatis amantem.  
Me primum pelagus cœca sub nocte natantem  
Trinacriæ ad litus, quæ fluctuat unda & Pelori,  
Egit: & hinc refluens retrò maris æstus ad oram  
Italiz vectavit, aquis ducentibus ipsis.  
Hic me conantem vicina tenere natatu  
Litora, transversum veniens maris æstus ab acta  
Impulit, & Siculos iterum perduxit in oras.  
Hinc, cum jam portum, desertaque claustra subirem,  
(Seu Divum pietas fuit illa, Sc credere par est;  
Seu sic nostra tulit Fortuna, aut gurgitis æstus )  
Descendens pelagus rapuit, duxitque, benignus  
Quæ me semianimem accepit de litore Tarchon.  
Sed quod tunc animo mirum, indistumq; putabam,  
Accipe. Triginea conspexi in fluctibus æstus  
Fervere, & totidem rapidis torrentibus æquor  
Defluere, Herculeo dum currit ab usque recessu.  
Qualis per campum multis delabitur amnis

*Mens, &  
in uerando  
casus.*

*Triginea in  
Siculo fre-  
ze æstus,  
quorum u-  
num calidus  
frigidus; glo-  
ber.*

Au-

<sup>1</sup> Accidit audactissimum i& Ruc transfluge factum hyeme nocte rigidissima, ut instar portienti visum sit, illum pluribus aureis donatum ad suos remisit Theodorus Comes Barbovius. <sup>2</sup> Vix ex tribus Sicilia promontoriis, quod Orientem spectat, si pars.

Austus aquis, cursuque fluit devexus in æquor.  
 Alter & in Boream currebat, & alter in Austrum:  
 Egelidis erat alter aquis; sed fervidus alter  
 Amnis erat: vix nudus aquas tolerare rigentes,  
 Vix calidas recreatus aquas perferre valebam.  
 Mira quidem, sed vera: malisque exercitus illa  
 Ipse meis vidi: & doctum experientia fecit.

Interea canos septeno impulsa phaselus  
 Remige sulcabit fluctus Reginæ secundum  
 Litora: pulchra modis cum se i spectacula miris  
 In pelagi medio nobis visenda dedere.  
 Invenient vix dicta fidem: majora Sicano  
 Occuluit Natura freto miracula rerum,  
 Quam veniunt alto glosterati ad litora fluctus.  
 Illa sed ardemus narrare, & dicere caussas.

Principio tenui crispanunt cœrulea vento,  
 Postquam multa quies risit manilla per alta:  
 Hinc miranda vago pandit se scena theatro,  
 Et gratus mentem stupor occupat. æquore centum  
 Arboribus latè densis frondescere sylvas  
 Montibus in summis, & per florentia ruta  
 Innumeros errare greges, errare capellas:  
 Pastores & mille greges post ire sequaces  
 Aspicio, & tenui deducere carmen avena.  
 Parte alia centum juvenes percurritere sylvas,  
 Atque altos video montes, avidisque Molossis  
 Umbrosos nemorum latè circumdare saltus,  
 Venatuque feras agere, & vibrare sagittas  
 Ex arcu, & leporem, & timidam transfigere damam;  
 Flumina & ex altis devoluere rupibus undas  
 Electro similes, viridique crepidine ripas  
 Floribus intextas hyali splendere colore.  
 Attalico veluti variaça tapetia luxu;

Morganæ  
Reginæ  
descriptio.

## Aut

<sup>1</sup> Mirabile hoc refractæ post reperusionem lucis spectrum (Non enim in Athanasii Kircherii sententiam eo, qui nescio ex quibus sulphureis halitibus, lapillisque in Mamertini freti fundo relucentibus evenire id pater) Regini patro sermone *In Fata Morganæ*, appellant. Est autem adeò mirum Naturæ phasma, ut vix fidem iuveniret, ni tot es. sent oculati testes, quot sunt ferè Regini incolæ. Contingit autem æstate, vel autumno, cum post summatam miascam leviter undæ crispiant jacentiunt.

Aut quæ divisi texunt aulae Britannæ.  
 Unum ego sed pulchrum visu, mirumque putabam?  
 Cœrulei passim montes, auroque nitebant;  
 Et fulvæ pariter sylvæ, saltusque, feræque,  
 Et venatorum croceis lita corpora guttis.  
 Innocuis longè ardebat trespida arva favillis:  
 Vernabant nemora, & sata rura rubentia flammis.  
 Ut cùm purpureus mediis in nubibus arcus  
 Emicat, & centum trahit alto à Sole colores.  
 Pastores, mixtimque greges in collibus aureis  
 Errabant, rutiloque ardebat Tityrus auros;  
 Aurea & aurata condabant prata capellæ:  
 Et fulvæ Serum referebant vellera lanæ.  
 Alta coloratis fulgebat frondibus arbos:  
 Fulgebant nova poma, novisque coloribus arva.  
 Quales Alcinoi Eois in finibus horti,  
 Hesperidumque velut trans longè Atlanta repositi;  
 Qui (si vera sacri cecinerunt carmine vates)  
 Purpureis ardent flammis, auroque nitescunt.  
 Cœruleis passim intermixta coloribus atva  
 Culta micant, virides truncis imitata smaragdos:  
 Aurea poma rubent: sed flos argenteus exit.  
 Hæc dum prospicio: pendentes aëre sylvæ,  
 Atq; feræ, atq; homines, atq; aurea flumina, & arva,  
 Ut venit levis aura, mari non amplius alto  
 Visa mihi, & dicto citius fugere sub auras.  
 At facies nova se se oculis tulit obvia nostris.  
 Alta velut versis discessit frontibus olim  
 Scena theatrali circo, nova visa repente,  
 Et miranda quidem pulchris spectacula rebus.  
 Pensile conspectum suprà mare, & æquore fluctus  
 Purpureos pendere procul de puppe videbam;  
 Curvaeque depicto protendi litora gyro.  
 Ad cautes fulvum spargebant cœrulea rotem  
 Allisa, & fulvo splendebant murice cautes.  
 Mille rates vitreis errabant fluctibus, auto  
 Ardentes: varioque interdistincta colore  
 Roboraque, tabulæque cavae, remique nitebant.  
 Ex auro malis speculari vertice in auras  
 Surgebant, pictis, & per carchesia signis

Un.

Undabant vexilla; velut tenuissima tela  
 Vellere Seriadūm intertexta, & murice cincta.  
 Candida vela; notis sed per confinia rubris  
 Texta videbantur, piēisque undantia villis;  
 Et villi multa saturi Sidone rubebant.  
 Mille Phari nīvea ex crystallo, ostroque nitentes  
 Per puppes rutilo cælatas desuper auro,  
 Sole repercuſſo radiabant undique circūm:  
 Sol velut ipſe nitens medio splendescit Olympos.

Parte alia magno circūm curvata theatro  
 Urbs augusta polo tollebat mœnia, & altis  
 Circuitu longo surgebant molibus ædes.  
 Mille coronato spatioſa palatia circo  
 Cæruleis depicta notis, mixtoque smaragdo,  
 Et minio ardebant, rutilaque ſimillima flammæ,  
 Alta videbantur succendi culmina, & omnes  
 Ignedomos flagrare: coloribus & lita centrum  
 Testa coruſcabant, gemmisque urbs tota nitebat:  
 Undantes vidi fontes vibrare favillas,  
 Et liquidum argentum: vibrata canalibus unda  
 Purior electro, mixtumque argentea guttas.  
 Et croceas fundebat aquas: pictoque sub arcu  
 Curvata in varios ſparsim diſtincta colores  
 Se pulchram viſu præbebat: ut Iris aquofas  
 Per nubes nitida cingit ferrugine cælum.  
 Ingens turba virūm per compita, perque plateas  
 Errabant, quos picta humeros nova purpura, fulvique  
 Auratos petasi crines, mitraque tegebant.  
 Et currus auro insignes, ostroque nitebant:  
 Ardebant & equi flammis, fulgentiaque auro  
 Mandebant fræna, & nitidum ſimul ungula campum  
 Pulsabat nitida, & flammis auriga rubebat.  
 Quales Solis equi, cum primo Oriente refurgunt  
 Oceano ardentes auro, & fræna aurea mandunt.  
 Hic ubi jam cœpit venti increbescere murmur,  
 Exemplò dispersa leves abierte per auras.  
 (Seu mihi viſa mari fuerint miracula in alto,  
 Aut ſubter pelagus, five aëre pendula ſummo)  
 Nam breve (proh dolor! effulſit decus, & vaga lucis  
 Pompa mihi viſa, & levium ſpectacula gerum.

At

Morganæ  
causæ que  
fuit.

At mihi rimanti causas, sententia menti  
Hæc potior visa est: Sicana scilicet ora  
Luce repercussos Rhegina in litora longè,  
Inque levi primūm crispatos flamine fluſtus,  
Nativa immitti radios sub imagine rerum;  
Hinc quicquid medio natat æquore, quiequid apricis  
Collibus adverso frondescit litore, & ipsam  
Ingentem procul apparere a vertice i falcem  
Saturni, & magno curvata palatia circo.  
Verùm crispatis quia, lenè afflantibus auris,  
Fluctibus incurvant radii latera inter aquosa,  
In diversa ruunt diffracti; hinc gurgite in alto  
Millenz rerum species visuntur, & igne  
Ardere, & vario mixtum fulgere colore,  
Ceu cùm luminibus nitidissima lumine vitra  
Obiicimus & polyedra (vocant sic nomine docti  
Grajugenæ) variata modis spectacula miris  
Ilicet aspicimus, vario depicta colore  
Apparent quæcumque oculis sunt obvia nostris;  
In diversa ruens nam lux pellucida vitri  
Per latera in variis miscet se docta colores,  
Pubentes imitata eosas, casiamque rubentem,  
Narcissumque, crocumq; & vivaces amaranthos:  
Purpureos & piæta refert Thaumantidis arcus,  
Atque ostrum, atque aurum, radiisque rubentibus astra,  
Et centum geminas pulchra sub imagine formas.

Sed Rhegina vaga jam ventum ad litora puppi,  
Accipiunt ubi me socii, atque in tecta reducunt.

Hi lati proptet felicia litora cursus,  
Et nobis via per dubios tutissima fluctus.  
Sic ego longinqui lustrarom regna Canopi,  
Et Tartessiacas irem securus ad oras,  
Si celeres mihi Parthenope daret alma phaselos;  
Mitteret & fortis juvenes, rectore Melantho.  
Sed jam me, trepidis turbato in gurgite rebus,  
Cura vocat, peccusque premit fragor aleus aquarum,  
Atque truci veniunt superandi turbine venti.

<sup>1</sup> Messana, de qua lib. 4. <sup>2</sup> Vitra multis lateribus levigata, quæ  
se spectabilis pro numero laterum replicatas, visendas præbent.

LIBRI QUINTI FINIS.





F. De Louuenmont. Fecit.



## N A U T I C O R U M

### L I B E R VI.

**N**Uncage, turbari quæ prima pericula ponti  
Exuperanda tibi, & solertia quanta adhibenda  
Ventorum adversus rabiem, fluctusque sonates;  
Nec non & quæ cura truces defendere Syrtes.  
Puppibus, & longè scopulos transmittere acutos,  
Atque æstus vitare, sinusque inquirere, dicam.  
Tu magni regina maris, leffcia virgo,  
Dexteræ veni, trepidisque præ tu, diva, eatiniss.  
Tu vastas aperi Syrtes, & marmora placa:  
Collectasque fuga nubes, cœlumque serena.

In primis ea cura animo tibi multa recurset,  
Pendentes dubio in cœlo vitare procellas,  
Ergo ubi jam longo nigrescere cœrulea tractu  
Aspices, montesque atras obtexere nubes;  
Vel nigra Aurora latè transcurrere nimbum,  
Fleste iter in portus, & proxima litora cursu  
Tuta pere, atque motas omnes celerage memanto.  
Ut cùm sublimi spectavit vertice pastor  
Ingratam pecori descendere rupe procellam,  
Ac penitus sylvas rebolare procacibus Austris,  
Lanigerum vocat oīc pecus: sparsumque repente  
Colligit, & tutis pressans agit agmina cœulis.

Verum si subito incumbent stridore procellæ,  
Et loca tutæ fuga, & portus penetrare negatur,  
Tunc opus est arte, & magnis tunc viribus usus,  
Ac velut, armatus vallo cùm se intulit hōstis,  
Dux ubi terribilem cristis, atque æte nitentem  
Aptavit capiti galeam, & lateri addidit ensem,  
Ferrur in arma ferox, aciesque, & mœnia lustrat,  
Fortibus imponit primæ tutamina portæ,

*Ingrumenta  
tempestate  
portus quo  
gendi.*

*Ut daces  
urbium con-  
tra aggressi-  
foras, ita se-  
mantæ con-  
tra tempos-  
states in-  
struant.*

M

In

In muros alios, & propugnacula mittit.  
 Hos ignes jubet, & scopulos immittere valles:  
 Hos tormenta: cavae aliis explodere canuae:  
 Illos sautorum subitas sarcire ruinas  
 Aggeribus plenis, lunataque cotnua primis  
 Obiectare locis. iactitus ipse per omnes  
 It partes, dictisque animos incendit, & iras.  
 Haud secus & rector faciet, cum turbina spectat  
 Densari cœlum, tollique à gurgite fluctus:  
 Impiger & ventis, & motis impiger undis  
 Obvius occurret. Subiectum casibus imus  
 Obvii, & impavida objectamus fronte sinistris  
 Infractos animos, superatum ex parte periculum est.  
 Hos jubeat rigidos manibus versare rudentes  
 Sollicitos, alios demittere carbae summis  
 Cornibus, atque sinus auris prohibere rumentes,  
 Aut citò colligere, ardenti cum turbine ventus  
 Descendit, rectoque jubet, cumque ipsa petriteret.  
 Demietant alii antennas, aliisque coronis  
 Ut sidant: maleque alii, velisque ministrent  
 Egerat hinc fluctus, & quorunque refundat in, & quorum  
 Ipse sedens clavum turrita in puppe magister  
 Arte regat, clavoque maris spumantia frangat  
 Equora: nunc rectum xenientem à vertice ponsum.  
 Nunc vètò obliquum accipiat, pulserque ruensem.  
 Sic ad opus cuncti magnis conatibus unum  
 Intensi, rigidas superabunt arte procellas:  
 Urgebitque cavae assaultibus iactitus alnos  
 Nereus, & duro vètientes turbine Cori.

Ergo ubi nauarum confessim munera, quisque  
 Cù fortine  
 flet ventus  
 demissus  
 statim aris  
 mos efficit,  
 doloque se-  
 cledas.  
 Mox et de-  
 missus  
 antennae.  
 Aripuit sua, turbatoque in gurgite venit  
 Ingeminant se, magnum de vertice malit  
 Artemporem demitte, Notoque dolona furentis  
 Expande. at tibi tunc solertia multa adhibenda,  
 Ne mora sit, fluctusque agitent sine pondere puppes,  
 Verum si rauco succrescat murmure ventus,  
 Antennas demitte humiles à vertice summos.  
 Et velum in latus obliqua, madidosque rudentes  
 Contrahere hinc solers, hinc & laxare memento.  
 Languida sed rigidi cum turbinis augaremittit

pau.

Paulatim sese, celeres tunc brachia velis  
Extemplo famuli intendant; iterumque reponit  
Demittant; cum vela, Noto redeunte, tumescunt.

Interea (quæ cura tibi vel maxima semper,  
Rektor, erit) pietas media sub puppe tabellas  
Consule, ventorumque ferentem nomina buxum.  
Quæ & qui ventus spireti quo turbine ducat  
Tempestas: quantumque tuo de tramite Rhombus  
In levam, dextramque cadat: patiterque necesse est  
Deprensif erroris certas perquirere partes;  
Quippè viam incertum non per vada cœca secabis.  
Nanque tibi si certa fuet plaga cognita cœli,  
Et ventus simul, atque suis cum partibus error,  
Certum iter institues: quin & freta dura trisulc  
Effugies saxis, pelagoque errabis aperto.  
At quoniam cerebrò se hac illac concita fluctu  
Versat, & in latus obliquat se plurima puppis,  
Id circò è medio pendebit Amalphica pyxis,  
Libera ut in gyrum semper ruat incita cuspis.

At quanta in dubiis ars sit nunc rebus habenda,  
Prosequar. In velum si dirus ab æquore turbo  
Ocyùs irruerit, subito det pronus habenas,  
Et levum, dextrumque pedem laxare minister  
Conetur; diffusa cadet sic turbinis iras:  
Ac velo cedente, perit: ceu cum pila molle  
Incudit in linum: vix impete pulsa retrorsum  
Exiliet: tenui in lino vis deperit omnis.  
Impiger ipse etiam intorquens temone carinam,  
Ventorum infringet vires de puppe magister.

Sed quid si gemini i diverso à cardine venti  
Descendant, rapiantque leve in contraria velum,  
Dicam equidem, Palinure: labor sed maximus ille est.  
Parte ruens gemina geminum pulsare periculum,  
Hoc opus, hic labor est, altum tu deprime velum,  
Ventorum cum lucta mari fremit horrida vasto.  
Nunc raucum accipias contractis cornibus Austrum,  
Nunc Boëam; sed fronte peças cave flaminis iæsus:  
Da latus: obliquus velo ruat impetus Austrum.  
Ceu gladiator, ubi incepit certare duello,  
Atque hostem adversa venientem cuspidé vidit,

*pappa;* &  
*pxis con-*  
*sulende.*

*Quando po-*  
*der laxar-*  
*di.*

*Quidcum*  
*gemini ex*  
*adverso in*  
*grau: ven-*  
*ti;*

Extemplo avertit pectus, rigidumque cruento  
Hosti dat latus, atque eludit cuspidis iactum.

*Si, cedente Noto, diras Aquilone procellas*  
*Ardoz mittent rupes, cave vela repente*

*Vento sa-  
viens, non  
obvertendis  
velum, sed  
demittere-  
dum priu-  
est.*

*Obvercas: geminis primū demitee ceruchis  
Inde dabis Borez venienti vela, magister.*

*Nam si continuo stridet cūm turbine ventus,  
Cornua veligerarum obvertimus antennarum,*

*Pronadabit latus, & subter tuer aquora pinus.  
Cura etiam, ne dira quens vis ipsa proceliaz*

*Obvercat velum: cūm videris aere ventos  
Adventare, cito conatu collige velum.*

*Tardia nec magni capiant te multa laboris;  
Nanque optata salus multo speranda labore est.*

*Verum si teni descendant flamine venti,  
Haud vero; nam crebro memini fecisse Thoantem.*

*Nec minor ille labor fluetus haurire refusos*

*Sentina ex humili, rimas laxare patentes*

*Antlia de-  
scriptio, &  
frumenta,  
qua d. for-  
sina hanc  
eum aqua.*

*Plurima cūm coepit pelago concussa carina.*

*Sed quibus epotoros valeas educere fluetus  
Artibus, expediā, compertaque mira docebo.*

*In primis facilito rōno, duraque cavandus*

*Ex ulmo tibi modiolus, pedibusque carinam*

*Ter quinis super ascenda: sic antlia fluetus  
Evomere alta potest, aquorque remittere in aquor.*

*Hinc septum in medio transversum impone canali*

*Ex aere, aut ligno è solido: sed valvula circa*

*Insit aperta: cuproque illi mox insuper adde,*

*Aut durum è corio rectum, clavoque refige,*

*Concludi ut pariter possit, pariterque recludi,*

*Sive aditus sit dandus aquæ, aut prohibendus ab illa est.*

*His actis, valido de robore necē canali*

*Embolum, & ære illum circūm vestire necesse est.*

*Æquè & modiolo insertus respondeat imo;*

*Ne quā per latera intromissus permeat æt.*

*Est cavus ipse etiam formandus & ante cylindrus:*

*Cui septum, & medio sit valvula: & insuper olli*

*E corio regumen fit mobile, quo fluat unda*

*Intromissa tubo, & clauso, non refluat inde.*

*Ferreā firmandus manica mox embolus axi*

Per-

Perreus, & solidis insit versatilis axis  
 Cardinibus super, ut possit cavus embolus alto  
 Nunc facilis attollit nisu, rursusque deorsum  
 Demitti, & potos sentina reddere fluctus.  
 At verò ut valeas axem versare rotundum,  
 Prælongam capulo virgam dura insere ferro.  
 Hæc fuerit constructa tibi cùm machina ab ipsa  
 Momento poteris fluctus haurire carina;  
 Nam si demittas virgam, collasque vicissim,  
 Continuò exhaustum ex imo dabit antlia ponendum.

Non hic Ortygii miranda inventa magistri  
 Præteream, quibus ille olim de nave Sicani  
 Epotos potuit fontes haurire tyranni.  
 Faginus, & longa tendatur mole cylindrus:  
 Cardine & in gemino, teretique valubilis ille  
 Ne&itur obliquus, cui longum ex are canalem  
 Inque helicis circùm formam, strictusque revolve.  
 Immergatur aquis pars imo: sed alta carinam,  
 Et tabulata super se ferat: inde cylindrus  
 Assidue contrà fluctus versetur in orbem.  
 Nanque imo quos haurit helix, alto evomer amnes.  
 Non secus ex imo sentinæ i nautea in æquor  
 Egeritur: putris semper purganda carina est.  
 Ne nautas intus conclusus pestifer humor  
 Inficiat, generetque graves per corpus achores.

Interè famuli rimas opplere patentes  
 Solliciti certent, & stupea trudere ferro  
 Vincula, quæ veniens fundit se plurimus imber.  
 Et super accensamque picem, ceramque tenacem  
 Effundant. Pelagi sed me fragor altus, & atrox  
 Ad majora vocat rauco stridore procella.

Ergo ubi tempestas vestit sini more profundum;  
 Spumeum & elatis puppes mare contegit undis,  
 Tunc opus ingentes gazas, & inutile pondus  
 Altos proiicere in fluctus (potius & illis  
 Doris avara sinu in vasto, & Neptunus avarus)  
 Tu verò optatæ potiaris munera vita).  
 Tunc levis exemplo surget de gurgite puppis  
 Et facilis vento adverso, pelagoque ruenti

Item cylindri Archimedæ.

Quæ & Nautea egrediuntur.

Non fragis impendente, probatæ ad operem impediti v. sagittarii.

\* Patus aqua, quæ in sentinam per maris colam definit.

Deludare labor, nec te auti dira cupido  
 Alliciat, nec tanta moras spes credula longas,  
 Chara magis sit vita tibi: præstantior omni  
 Illa auto, regumque opibus, sceptrisque superbis.  
 Quin, Fato variante, fluunt, refluuntque vicissim  
 Nescia stare loco mortalibus addita dona:  
 Si supereat nobis animus, nec dextera cesset,  
 Quæ modò Fata ferunt, referent citò divite censu.

Præterea si fortè rapax de vertice summo  
 Dejecit turbo malum, velumque per auras  
 Gubernaç. li tactura Abripuit, vel dira Noto jactata feroci  
 statim re- Unda gubernaculum rapuit, sparsaque per æquots;  
 paranda, et Tunc rector certet citus infrænare solutam  
 mali. Immisso temone ratem; nam cætera pendente  
 Hoc uno: Ruptis perit ceu currus habenis;  
 Sic scisso temone ratis: retinacula puppi  
 Mittere cura olli sit prima, & maxima semper,  
 At fortis studeant nautæ sustollere malum;  
 Et prona in proram canentia carbasa pandant.  
 Nemo piger, vel latus erit, timidusque periclo.  
 Casibus audaces nautas decet esse sinistris:

Frangimus audaces, timidi sed frangimur undis.  
 Andaceris dubius uen Fortuna casus rector, cuicætera curæ.  
 ta fuit, & Quin non præque ferat demissio lumine vultum,  
 maxime re Pectore & ignavos animos, turpemque timorem.  
 tor. Semper latus erit, quicunque per æquora casus  
 Pendeat, & lato vultu spes ipse serenet.  
 Ac velati, Fortuna vices dum mutat iniqua,  
 Verso Marte, duces opus est præverttere Fata  
 Impavidè, & lata mentiri gaudia fronte:  
 Rectorem haud aliter cum spes jam deperit omnis,  
 Naufragio pendente truci, simulare necesse est;  
 Nanque omnes uno pendent rectoris ab ore,  
 Illius inque oculos cuncti sua lumina figent:  
 Unus erit vitæ, & mortis simulauctor, & index.  
 Audebit si fronte fera occursare periclis;  
 Audebunt socii pariter; si fortiter ibit  
 In casus omnes; eadem in discrimina rerum  
 Illi etiam prompti ventent; si latus ager rem;

Viribus illis etiam languescent. Denique rector  
Qualis erit; talem geret & se quisque minister.

Sic Surrentium memini fecisse Thoantem,  
Cum latam Aegyptum peterem, & felicia Nilo  
Arva. Per Ionii fugiebat marmora puppis,  
Undique cum cœlum spissæ texere tenebras,  
Eripueret diem, & nigra fluctibus incubuit nox.  
Exemplo cecidit Boreas, atque alta quierunt  
Æquora; nec levis pelago submurmurat unda.  
Mox sensim tolli, non dum spirantibus Austris,  
Incipiunt fluctus, venturæ signa procellæ.  
Tempestas sine more ruet, si cœrula nullo  
Consurgunt jactante Noto, tunc ore profari  
Cœpit puppe Thoas: Quoniam sava imminet unda  
Tempestas, totusque in nubem cogitur aëris,  
Colligite arma citi, solitasque intendite vires,  
O socii, venisque acres occurrite, & undia.

*Vtis puma  
manfrigio,  
et Surrenti-  
ui never-  
ebi portio.*

*Thoantis ad  
fusæ oras.*

Hæc ille: & dicto citius generosa juventus  
Armamenta capit, nervosque, & brachia tendit.  
Protinus effusis rebozis ruit imbris Auster,  
Horrendique micant ignes, tonituque tremiscunt  
Subter aquæ, & scopuli, pulsataque litora longè.  
Tunc nautæ in partes vettunt sese oxydis omnes,  
Invigilare malo intenti, & vitare periculum.  
Demittunt subiti velum, tenduntque rudentes:  
Et velis acres animis, manibusque ministrant  
Unâ omnes, aisu unanimi, & clamore secundo.  
Horridus adverfo curli de cardine turbo  
Improvisus adest, scissumque à vertice summo  
Dejectat malum. nautæ tunc illicet omnes  
Arboris incutabunt lapsæ sarcire ruinam:  
Erexere alium, parvumque dolena dedere.  
Sed vento jactante fretum, jam gurgite cœso  
Instar montis aquæ surgebant: undique circum  
Obruitur latus, & rimis ruit æquor apertis.  
Sava gubernaculum rapit unda, & vortice mergit.  
Non animis fractus fortis cum pube magister:  
Ilicet immixtum curvæ retinacula puppis  
Quoque modo possunt venientia cœrula pulsant.  
*M* **ub**i dissundi trifidis latè ætra flammis,

*Ratuum  
miræ soler-  
sia.*

Et senvire Notos, montesque attollere aquarum

Aspexit rex tor, collabi jam penitus rem

Sensit: at audaci socios cum fronte serenus

Horratur, conditque altum sub corde dolorem.

*Altera  
Theantis  
oratio.*

O mihi sorte dati, magnas nunc promite vices,

Nunc animos, quibus alta olim Acrocerautia, & undis

Dispersas Cycladas, dirumque Capharea puppi

Legimus incolumes, Maleaque sequacibus undis,

Aegaeoque mari, Siculisque erravimus oris;

Et duras toties hyemes, nimbosque sonantes

Vicimus, & mediis toties evasimus undis.

Non mala vos vincant: non haec vos terreat atrox

Tempestas, socii: sumus iidem, & vivimus ipsi.

Audete, o magni: Audendo sibi quisque facit spem.

Spem vultu simulans dedit haec, tunc fortiter illi

Et superare Notum, & spumantem Nerea certant,

Ast ego naufragium quoniam impendere videbam,

Et jam sublapsis horrendo in turbine rebus,

Spem frustra accendi, geminas ad sydera palmas

Intendo, & supplex humili clamore precando,

Talibus exorsus: Si quid peccavimus ipsi,

O Superi, & noxis sacras temeravimus aras,

Parcite: si qua polo pietas, & fluctibus atris

Eripite hanc animam, o, dexteram proferte, benigni

Caelicole, at tu, SABERIDE, Deus æquoris, alto

Axe veni, ventosque fuga, & freca turgida plac.

*Vatis ad  
Superos, &  
Saberiden  
preces.*

Vix haec: exemplo summis splendoribus æthere

Effulgere mihi visa, & nigra undique circum

Nubila discludi, roseaque è nube resfulgens

Est mihi SABERIDES spectatus in aere, qualis

Alta peregrinus sulcabit marmora Nerei,

Aut pedes Eoo vestigia certa premebat.

Quo viso fugere Noti, fugere procellæ,

Et mare pacatum, & summo lux redditæ cœlo,

Et data tunc virtus nobis simul aurea lux est.

*A quo sero  
vacans.*

Olliunc ego: Quis grates persolvere dignas,

Dive, tibi valeat tanto pro munere virtus

Concessæ, quæ mersa mari periisset in alto,

Ni tempestatem pelago, ventosque fugasses.

Quicquid & ingeniu, & quicquid mea carmina possunt,

Cua-

Cuncta tibi voveo : & te carmine, Divescanendo  
Implebo promissa memor. mihi fronte serena  
Annuit ille; poloque volans fese intulit alto.

Ergo, tibi cum nulla datur spes, & ferus Auster,  
Et duræ superant animos, artemque procellæ,  
**Auxilio** tunc, nauta, Deos clamore vocato;  
Nam tibi contrâ undas, tempestatesque sonantes,  
Nil facilem præter lacrymam, & pia vota relatum est.  
Ipse etiam navis rector, qui cuncta gubernat,  
Concipiat pia vota : piis & munera Divis  
Spondeat : Ipsi etiam placantur munere Divi.

*Superi in  
extremis  
exorandi.*

Postquam vota Diis concepta, & crimina multis  
Cum lacrymis, precibusque piis, Palinure, piasti,  
Acrior ingeminet si ventus, & æquora surgant,  
Te primùm ferro sublimi à vertice malum  
Præcipio medium succidecead usque trachelum;  
Proiicere atque illum in fluctus : tibi cura sed illa,  
Hinc ne forte ruens socios, puppimque flagellet.  
Mox si nec vento modus est, crescitque periculum,  
Apterna totum celeri succide bipenni.  
Funibus & duris clavus tibi puppe ligandus,  
Ne transversa ferat maris unda, ratemque furenti  
Da vento, docto quoniam spes nulla magistro,  
Nulla arti supereft: rapiunt quod turbine Cori,  
Tendere opus, si forte cadat Fortuna, vel ipsi  
Supplicibus tandem placentur Numina votis.

*Quando ca-  
dendus fit  
malus.*

Prætereà in pelago nimbis comprehensus iniquis,  
Argustis conclusa vadis loca, duraque saxis  
Marmora, & horrendas longè fuge, navita, syrtes.  
Nanque acti ventis cum currimus æquor apertum,  
Et si nimbfieri strepitent per Nerea Cori,  
Quoque modo licet, & ventos duramus, & undas.  
Verum si nautis errandi nulla potestas  
Oceano datur, in scopulos, in saxa necesse est  
Allidi puppem, aut siccis impingere arenis.

*Et nauti  
ventorum-  
arbitrio de-  
minenda.*

*Argusta  
loca vitare  
de.*

At procurva rates in litora si Notus egit,  
Nullus ubi portus venienti brachia tendit,  
Nec sinus in tua pandit se valle reducetus,  
Anchora de prora jacitur, quæ dente trisulco  
Navim firmet aquæ: verum si fortior Eurus

*Quando ja-  
cienda fit  
anchora.*

Six.

Sibile, & tumidi veniant à gurgite fluctus,  
 Mitte etiam i sacram, præstet quæ corpore multo :  
 Firmius illa ratem fundabit in æquore : ceu cùm  
 In gypsum vacuæ fluitant sinè pondere lances,  
 Et vento, hæc, illæ, jaçantur, & aëre nutantur;  
 Verum justa cavis si pondera lancibus addas,  
 Confestim medio librantur in aëre: nec jam  
 Dant latus in ventum, aut circum versantur in orbem.

*Cum ventus  
a mari flas-  
fuzienda  
littera.*

Quin & turbato cùm stridet ab æquore ventus  
 Actior, alta pete, & fractas fuge litoris undas.

Ast ubi navigiis vicino à litore Gaurus  
 Incidit, aut Boreæ implacabilis ira sonantis,  
 Litus ama, & longè Tethyn transmixte rumentem.  
 Nam si oram fugies, transversa ruentibus Austris,  
 Pelletur longè pinus : nec tendere tantum  
 In ventum curvo poterit temone magister  
 Vincet vi ventus: ratis & per aperta trahetur,  
 Quò tandem obiectum ad litus frangatur, acutos  
 Illis in scopulos, cumulove impingat arenæ.

Sic nostræ periæ rates, & libera juventus  
 Ad Scyllæ cautes, & Orestis proxima saxa,  
 Portus ubi quondam steterat: nunc rupibus horret  
 Infelix stacio. Mauræ vastator arenæ

*Andreaz  
Avali ele-  
giam, &  
qua se arte  
servaverit.*

Africus imbrisferis pelago insultaverat alis.  
 Avalus 2 antiquo regum de sanguine cretus  
 Austriacæ dux classis erat, geminosque per Orbæ  
 Egregius clarus palmis, clarusque triumphis,  
 Qui magnis olim sulcarat classibus æquor  
 Atlantis, latèque novum lustraverat Orbem,  
 Missus in imperium magnum, quem mille secutæ  
 Sunt acies: domuitque ingenti clade tyrannos  
 Oceani, & rigida piratas cuspidè fregit:  
 At tunc Zancleos dura obsidione premebat;  
 Hic, quem multa maris dudum experientia doctum  
 Fecerat, & cœli pariter, ventique peritum,  
 Ut denso vidit venientem turbine nimbum,

Im-

<sup>1</sup> Ancora della Speranza 2 Andrea Avalus è Marchionibus Averni Pescara, & Hisconii. Vasto Montis Sarchii Princeps, Indice primùm, mox Siculæ classis summus Prætor, vir & animi magnitudine pend regia, ac faciliatè clarissimis merito immortalitate donandus.

**I**mpiger hæc classem ferri mandata per omneim  
**I**mperat: Italæ cautes, ubi Scylla remugit,  
**E**t maria alta citi fugiant, vicinaque rostro  
**L**itora Sicaniz stringant, humilemque Pelorum,  
**Q**uò demum servata mari se classis aperto  
**M**ittat, & ad tutas vertat se navibus oras.  
**I**pse latus stringit Siculum, raditque Pelorum.  
**H**inc in 1 Leucopetram contendit, & æquor apertum  
**P**uppe petit, senique alii petiere, secuti  
**R**ectorum, tuncque sinum tenuere Tarenti.  
**A**t reliqui magni temnentes jussa magistri,  
**P**rotinus in scopulos allisi, animamque dedere  
**I**ndecores. Adeò data jussa capessere multum est.

Sed tibi non cura, rector, leviore cavendum,  
**I**n terras cùm ventus agit te plurimus, & jam  
**N**aufragium Fortuna tibi crudele minatur,  
**C**oncita ne vento in rupes ruat alnus: apertum  
**Q**uà litus patet, & brevis æstuat unda, carinam  
**D**irige: sic gens incolunis servabitur omnis.  
**V**erùm hic difficilis labor est, latè undique circum  
**C**ùm rigidæ afflulgunt rupes, & vix brevis inter  
**O**rapatet cautes, tarisque albescit arenis:  
**Q**uatenus angustæ veniens ratis incidat oræ!  
**S**olicitus certam stationem in litora signa,  
**A**tque iterum explorat: vento mox pronus habens  
**C**ommitte: optatas puppis contingat arenas.  
**U**t cùm venator certam sub fronde latentera  
**E**gregius signavit avem, emisitque sagittam  
**E**x arcu: volat illa leves impulsa per auras  
**R**ecta petens volucrem, volucrique infixa residit,

Nunc age, qui tuti portus, quæ fida carinis  
**S**it statio, dicamus. Aquis jaclatus iniquis,  
**D**oris ubi Oceano sese conclusa maritat  
**H**erculeam ad metam, vicinas, navita, 2 Gades,  
**V**el 3 Tingitanævénies Telluris ad oram  
**H**inc Malacæ, portusque novæ 4 Carthaginis alnos  
**Q**uassatas pelago, ventisque furentibus actas  
**S**ervabit placido in gremio. sua brachia pandet

Gavadium,  
nec in sca-  
pulas incin-  
det navis,  
cum vitari  
naufragij  
non posset.

Portus 1 ag-  
salogus.

Hispania  
portus.

Di-

1 Ultimum Italæ promontorium, Cepo dell'Arno; 2 Insula, & urbs Cadice, 3 Tanger in ipso fretu Herculeo sita Ratio, 4 Cagliagene.

Dives 1. Alone, & quo se jactat 2. Delia, portus.

At si te ventus Gallis ad moverit oris,

Masiliæ loca tuta vagis inquire carinis,

*Gallie.*

Lunatosve sinus, tibi quos in valle reducta

Ipse 3. Telo ex alto venienti Martius offert;

Et quos objectu laterum dant 4. Stochades, & quas  
Antipolis 5. præbet curvato in litore portus.

Ausoniam circum si striderit atra procella,

Trans Varum Herculeum portū, portumq; 6. Monacci  
Intrabis, tutaque Savo te sede reponet.

Ipsa tibi pariter regalem in gurgite molem

Magnifico extructam luxu, sumptuque superbam,

Dives opum Genua, & pīctai vestis, & auri

Offeret, & sicinis defendet turribus alnos.

Hinc & 7. Delphini statio curvata patebit:

Lunatas & amica dabit tibi 8. Cynthia sedes.

Euris jactatus freta per Tyrrhenia, Liburnum

Contende in portum, aut turritas Herculis arces.

Pandet & 9. Argoum chalybum generosa metallis,

Ilua sinum: nec longè alium 10. Populonia præbet.

Inde procellosis ferimur cum gurgite nimbis,

Nos 11. Centum accipient pacato in marmore Cellæ.

Tu quoque velivolis dextram, Cajeta, dedisti

Puppibus, Arctoa caderet cum rupe procella.

Quassato mihi sèpè mari Crateris ad oras

Hospitium dedit Inarime, gremioque recepit.

Ipse etiam me sèpè jugo Misenus ab alto

Compellavit, aquas cælo dum Corus agebat;

Et tepida Bajæ, Nefisque, sinusque Dicarchi.

Te placido conder gremio gratissima Sitæn

Parthenope; 12. Stabiæque reducta sede patebunt.

Præterea pelago in medio venientibus offert

*infulatum.* Attemidos 13. sedem Cygnos, mox valle reposta

Ti-

1. Alicante Valentia, urbs, & portus. 2. Dianum promontorium, ubi portus vulgo Denia. 3. Tolosa ingens Provincie Portus, ac totius Gallie navale. 4. Gallis Isles d'or, seu Hierres, 5. Antibes & Monaco Liguriz Portus. 7. Portofino 8. Porto Venere. 9. Porto ferrato. 10. Porto Beratto. 11. Centum cellæ, vulgo Civita vecchia. 12. Castell' à mare, exiguum antiquum Stabiarum monumentum. 13. Antiquus portus non longe ab urbe Valeria, Alega, dicitur suuc Stagno di Diana.

Tiranum & fractamque & Philonius accipit alnum,  
 Nymphæum pete Sardois comprehensus in undis;  
 Et Calaris navim obiecti teget obiice saxi.  
 Sunt Drepani portus; 3 Lilybæa gurgite clauso  
 Sunt vada: sunt tuta portus stations 4 Pachini.

Ionio in magno cum se turbatus ab alto  
 Juppiter effudit totum nimbisque, procellisque,  
 Et spumam elisam, pulsataque videris astra, Iovi.  
 Pleimyrium pete litus, & Ortygias Syracusas;  
 Sive 5 Ziphonii penetrabjs in ostia portus;  
 Velte 6 Zancleis compellat pompa theatris  
 Lunatos intrate sinus: mihi saepe ubi fracto  
 Perfugium conclusa cavo dedit unda recessu.  
 Vel 7 Pylus adversa Pelopis Tellure petenda,  
 Aut 8 Samos, & tutus 9 Butyroti navibus arces.

Illyris, Adriaci si spuma et cœrula curres,  
 Innumeris tibi tuta sinus dabit ora reposos. Adriaci  
 Italia extendet quoque dextram, & litora tuto  
 Brundusii excipiet quassatam fluctibus alnum,  
 Aut 10 Trajanopolis, vicino in litora quæ se  
 Falcato ostentat gremio, quod nulla furentis  
 Adriaci vis, aut Boreæ gravis ira lacebat:  
 At verò incolumis Barium si forte tenebis,  
 Reliquias magni supplex venerare. 11 Myrae  
 Pontificis, dio semper quæ nestare manant.  
 Hinc portus Ancona suos, atque Istria contrâ  
 Tendet, & æratris pandet se navibus 12 Edron:  
 Cum verò Ægæi fulcamus marmora ponti,  
 Portus centum aperi, pacatos Græcia Tellus. Im-

2 Golfo Taliano, 3 Porto Favone, 5 Messalæ, urbs, & portus, dictus  
 etiam Auctriacus. 4 Porto Longobardo. 5 Agathæ, urbs sicilæ capacissimo  
 portu celebris. 6 Messina, ubi quoiquot sicut in toro terrarum  
 ambitu celeberrimus portus est, ad quem efformandum plurimum de-  
 sudasse Naturam dixeris, cui tamen æmula semper ars non cessit, nec  
 ciuium industria, quippe superbissimo ædificiorum theatro egregie  
 munivere simul, atque exornavere. 7 Portus Peloponnesi Navarino.  
 8 Eadæ, ac Cephalenia, in qua Porto Gnaïcardo. 9 Butyræ, 10 Urbs  
 Apulia Peccutæ à Trajano condita, quæ & Traenæ, Traenæ, olim Ci-  
 vilis frequens, nobilis, atque elegans, celebreque Italæ Emporium.  
 11 D. Nicolai Myra Episcopi, cuius reliquæ Barii, quæ Metropolis  
 est Apulia Peccutæ, asservantur, & perpetuè manu scatent.  
 12 Porto di Chioggia, & Porto Sabiose.

Quippè ubi crebra ruit subito stridore procella,

*Agei.*

Ac venti more sinè truces bacchantur in undis,  
Innumeros Natura sinus, portusque benigna,

Perfugium miseris posuit per cœrula nautis.

Solicitis tendent divinæ Palladis arces

Cecropios 1 portus, 2 Piræaque tutæ magistris:

Et gremium pandent: mediis ceu nubibus Iris

Curvatur, pacemque refert mortalibus almam.

Et me grata 3 Chios, cùm Nereus obstrepit undis

Accipiat, noto facundos litore amicos

Invisam. d, qui me ventus felicibus oris

Sistat, & ingenti Telluris protegat arcu:

Ingenium me mite soli, me collis aprici

Prospectus, dulcesque cavis in vallibus umbræ,

Ac tepidæ invitant auræ, Solesque benigni:

Nec non & placidi mores, & amica virtù vis

Docet animos capere officiis. d, si mihi ritæ,

Ducere, quod superest, alta hinc sub pace lieeret;

Et 4 Patos, & 5 Scyros, Vulcano, & maxima 6 Lemnos

Sacra dabit portus, atque Alexo. inelyta 7 Lesbos,

Et Smyrna, &c Satiathos, 8 Phocæaque, 9 Delos, &c Andros,

Offeret 10 Amphimalum Creta, & tutæ zquora 11 Mylz.

Ast ubi Virginiao jactaberis zquore curru,

Quà Phœbo dilecta Rhodos curvatur in arcum,

Tende iter: & pteo subeat ratis ostia velo.

Et Cypræ 12 Salamina aperit, portuque silenti

Accipit ingenti concussam turbine pinum:

Pellæum 13, & Syria portum, 14 Tyriosque subito.

Cumque Palæstinas cursu laboris ad oras,

Cæsaris 15 aut arcem, aut vicinam intrabis 16 Ioppen.

Quà septimeminus prorumpit in zquora Nilus,

In

1 Phalerus, & Hiphormus Athenarum portus a Porto Leone.

2 Scio una ex Sporadicibus urbe, & portu celeberrima. Est & ferracissimæ, & amoenissima super reliquas Ægæi maris: viros alit ingenirosos, & comes, nec in Græcia gens est aded urbana, & culta quam sunt Chii. 4. Paris. 5 Sciro. 6 Stalimeni. 7 Metelino. 8 Fochia, cum portu capaci, & ample. 9 Siddle. 10 Porto della Suda. 11 Porto della Carabusa. 12 Famagusta. 13 Antiochæssa. 14 Sar, 15 Tholemais

Claudii Cæsaris Colonia Acri. 16 Iaffa,

**I**n 1 Peñusiacam contendas ilicet oram:

**S**ive urbem 2 Lagi, quam dat Pharus aurea luce

**N**octe sub obscura, fortunatumque 3 Canopum.

*Aegypt.*

Hinc tibi Marmariçum Tellus Barca 4 Selinum:

**U**sta 5 Philænum præbebis & Africa portum:

**U**ltica 6 & hinc, siccias ubi Bragada lensus arenas

**H**umeat, lavaque patent 7 Carthaginis arces:

**J**ulia 8 servatum tandem mox Alba favebit.

**A**tque alii: nec ego cunctos comprehendere potrus

**V**eribus hic opto, nec possem in carmina centum

**O**ra licet Phœbus stimulans præcordia Thyrso

**S**olveret, & dio furerem lymphatus ab æstro.

**I**pse tibi piæto mundus monstrabit in orbe

**Q**uæ curvæ tutæ sedes statione locentur.

*Libya.*

**A**t quæ cura mari in magno perquirere portus,

**A**ccipe, quisquis ades: hoc carmine ritè docendus,

**M**embranam tabula in quadra, lævique revolves,

**A**c juxta statues tornatæ pyxidis orbem:

**H**inc qui ventus aquas vertat, quo turbine ducat,

**C**ognosces: portumque, plaga qui panditur illa,

**S**edulus inquire (& propior tibi, nauta, legendus

**S**emper erit) velumque Noto tendente canorum,

**I**llum puppe petes, & litus adibis amicum.

**A**t si nulla pater vicino in litore sedes,

**T**unc aliam, transversa notat quam pagina, quæres.

**E**t valido obniti in ventum remone memeno.

*Quæ soler-  
tia portus  
ex Mappis  
inquirendi.*

**I**nsuper ipsa tibi securos insula portus

**O**fferet obiectu laterum, trans eæ rula sedes

**N**on semper, Palinure, datur penetrare repostas,

**S**æpe etiam montes in fluâibus exorrecti,

**E**t curvata sinu Tellus sua brachia pandet.

**P**ræterea situs, & varia est natura locorum

**E**xploranda prius. Quisquis nec portus ab omni

**S**ecurus vento, semper nec fida carinis:

**Q**uæque cavis statio: Nam nulla immunis ab omni

**R**es vitio est: & nulla vacat secura periclo.

**Q**uique alii frangunt Boream; franguntur ab Austro:

*Situs loco-  
rum investi-  
gandus.*

*Au.*

1 Damietta. 2 Alessandria. 3 Episæto, vel Bocchir. 4 Selina. 5 Po-  
ze Sacia, vel Hernich. 6 Porto Farina, vel Biserta. 7 Marsia, Carthaginis  
portus 8 Algeri.

Austrum alii expellunt; at non Aquilonis iniquus  
Effugunt iras: Cauro bacchante, quieti  
Subsidunt alii, at Libyco veniente tumescunt.  
Hæc membrana tibi, pyxisque, & sydera dicent.  
Aevarii ostendent usus, habitusque locorum.

Sed jam quæ loca naufragiis infamia vites,  
Quæ fur lo-  
ca naufragi-  
giis suspe-  
ctu[m] Me-  
diterraneo. Expediam. Capreas longè, si nubilus Auster,  
Aut Notus insultet pelago, trasmitte carinis.  
Hinc freta Trinacriæ, & stricti fuge saxa Pelori  
Cùm Libyci furit aura, vagi vada flava & Simethi  
Linque procul, gelida Boreas dum perfurit Ursæ.  
Atque Noti, atque Eurus, atque Aetas Orithyia.  
Hinc immota tibi longè & Camarina legenda,  
Horridus Oceano stridet si ventus ab alto.  
Herculei suspecta tibi freta cœca Tarenti  
Semper erunt, 3 Strophadesq; & navifragū 4 Scylaceū.  
Haud piger Ionii spumântia marmora ventis,  
Nec cœlo trifidis disjecta 5 Ceraunia flammis,  
Nec superum mare, non & litora dura Liburnorum,  
Aut latus adversum, rector, temone secabis.  
Mitte procul Ligures, nudataque saxa relinque,  
Cùm ponto strepit Auster, & Africus asperat undas.  
Gallum etiam litus, roseum quæ respicit ortum,  
Vitato, si vela tument surgentibus Euris.

Præterea maris in medio freta 6 Gallica nimbis  
Horrendūm quassata fremunt, & sydera lambunt.  
Auditur mugire vadum, penitusque sonare  
Pulsati vento fluētus: ceu dira Leonum  
Turba fremit, fremituque procul nemus omne remugit,  
Cùm sese contrà exercent fera prælia: vel cùm  
Amissoz querunt catulos, quos rupibus atris  
Furtim Getuli juvenes rapuere. Leonem  
Hinc nostri dixere sinum, quæ gurgite in alto  
Innumeræ petiere rates, doctique magistri.  
Tu cave puppe frētum tentare, clementia surgunt  
Cùm maria, & dubio pendent sub sydere nimbi.

Cau-

---

<sup>1</sup> La Giarretta, qui inter Catania, & Leontinos fluit. <sup>2</sup> Camarana.  
<sup>3</sup> Li Stivali, o Gelfo di Squillaci. <sup>4</sup> Monus di Chimera. <sup>5</sup> Gelfo di Lioni.

Cautus & Aegæs findes trabe Tethyos arva;  
 Passim navifragis horrent nam consita saxis.  
 Si superrandus i Athos, dextra deflecte carinam;  
 Et tempestaem fugies, nimboisque sonantes.  
 Concava i Bæotum vitato, & i Chalcidis oras,  
 Quæ fluit Euripus, refluitque rapacibus undis,  
 Et vada vorticibus circum irrequista tecursant.  
 Nec propè 4 Symplegadas, durumq; 5 Capharea puppim  
 Admoveas, 6 Maleamque procul transmitte sequacem.

in Regio.

Dum rostris Helle, dum fuditur alta Propontis,  
 Sive procellosum per inhospita litora Ponti  
 Errandum, tunc latus iter per casula carpes.  
 Semper & osam Asix lege puppe: nivosa rigentum  
 Neve Borystenidum peste litora, nove nigrantum  
 Cimmerium sedem, & 7 Maeotidis ora paludis;  
 Et duros scopulos, & saxa sonantia nipiabis.  
 Tollit ubi cælo sese 8 Marpesia rupes.  
 Litus & Europæ fugias, ubi lata per ora,  
 Atque humilem irrorans spumoso gurgite 9 Peucos,  
 Euxinum in ponsum se devicit arduus Ister.

in Peuce.

Ister, purpureas qui tunc revoluta per undas  
 Barbara Threjicium tot millia turbidus altum  
 Corpora in Euxinum devolvit, & ex quoce mergit.  
 Quæ sacra Christiadum societas in fridera dextra  
 Demisere neci; dum CÆSAR in agmine victor,  
 Tot regna, & trepidagentes formidine solvit:  
 Barbara castra Polonus & hinc ferus ense tremenda  
 Fulminat, irrumptique manusq; à vertice signum  
 Evellit, domiti monumentum insigne tyranni:  
 Hinc & magnanimus Thracesq; Arabesque solutor,  
 Prosternit Lotharus, cædesque, & funera passim  
 Aggerat, & rigidum totat implacabilis ensim:  
 Parte alia Bavarus picis ardescit in armis,  
 Spumantique in noctus equo, tonat uuidique ferro,  
 Insternitque Scythes, & funere mergit acerbo.

Vienna N.  
beraria, &  
Barbarorum  
castra, ex quoce  
sue episo-  
dium.

N

O

<sup>1</sup> Monte Santo. <sup>2</sup> Stretto di Negroponte. <sup>3</sup> Negroponte. <sup>4</sup> eadē, ac Cy-  
 nea. <sup>5</sup> Capo dell'aro. <sup>6</sup> Capo Malis. <sup>7</sup> Mare delle Zabacche. <sup>8</sup> Canca-  
 si pars ad Euxinum. aliis mons in Pato. <sup>9</sup> Insula Danubii oīiū  
 obiecta Plinie.

O magnum Fidei columen, regnique Latinis,  
**AUSTRIA DE CÆSAR**, vos & salvete beati,  
 Diligeque Deo Reges, quos laudibus omnes  
 Servat et collunt gentes, plauduntque receptæ,  
 Ite sub Auroram solio pulsare tyrannum:  
 Nunc tempus: nunc Fata vocant: dum glade recenti  
 Nutant regna: retro & pavidus ruit Ochomanus  
 Regnator, mixtumque duces formidine cœca  
 Præcipites unâ signis, fugere, reliquis,  
 Per salutem, & lustra vagi: dum que æthere ab alto  
 Jam vobis superi aspirant, & Numen agit rem.  
 Tunc ego, vos Reges, si quid mea carmina possunt,  
 Et mibi si tantum concedent Numinia vitæ,  
 Læsus in astra feram: læsi vos ibitis astris,  
 Addita Cœlicolis noya Numinis. Sed vagus ardor  
 Quod me nunc rapuit? quæ puppim ad litora yexit  
 Oceano ex alto? vos ò procul ite, Camœnæ  
 Pierides, ponti me nunc per cœrulea quando  
 Nereides ducunt, humili mea tempora musco  
 Nestentes: lauro vos tunc redimite potestis.

Ergo age, qua nunc arte secunda pericula ponit  
 Effugias, dicam; repleta est Numinis quando  
 Mens propiore Dei, Musisque errare per undas  
 Cœruleas ardor novus incidit. Est labor ingens  
 Declinare fuga Syrtes, scopulosque trisulcos:  
 Syrtibus Oceanus, scopulisque armatur acutis.  
 Ac veluti cœcus baculo subnixus acerno  
 Ignorum prætentat istet, tractusque viarum  
 Explorat, dum si forte, aut sensibus horrent;  
 Et caveam; & longo rimatur saxa bacillo,  
 Quæ vites, casusque procul depellat iniquos.  
 Haud seculis, ignari quoniam versamur in undis,  
 Sed puluis ipse sua facies puppe magister:  
 Quæ brevia, & cœcæ lateant in gurgite Syrtes,  
 Fluctibus & mediis interlita saxa notabis:  
 Omnia quæ picti cognoscet cortice mundi.

Ast ego præcipias, fugies quas per vada Syrtes,  
 Edoceam. Libyz litus quæ barbara i Leptis

In-

---

<sup>1</sup> Zepis, vel Zepedas urbs in Regno Tripolitano, ex cuius ruinis  
 fortasse Tripolis crevit.

Infestat mare piratis, fuge semper, & oras  
 Barcas; duris æquor quæ Syribus horret.  
 Hinc sunt Sardois vitandæ in fluctibus : Aræ;  
 Saxa, voçant Italij; Phrygias fregere catinas,  
 Cùm pius Aeneas sulcabaç classibus æquor,  
 Iljum in Italiam portans, magnosque Penates.  
 Syribus Ägyptus, brevibusque latentibus omnis  
 Armatus: Syriæque fretum, Silicumque trisulcis  
 Oræ riget scopulis. latè maris asperæ undas  
 Clara Rhodos: saxis, & acuto murice Creta  
 Cingitur, & scopulis passim surgentibus omne  
 Ägæum stipatur: aquis circumlitæ saxa  
 Naufragium intentant, nemorosam puppe Zæynthum,  
 Atque Samum, & te etiam cauæus, Corcyra, cavebo,  
 Leucadiam 2, Strophadesq; & fluctifraga Cephalenæ.  
 Cauæus & Illyricos, & Iapidis ora Timavi  
 Puppe legam: crebris spumant, freta confusa terris.  
 Tusca etiam rigidis densatur cauibus ora,  
 Asperaque è duris sunt Gallica litora saxis:  
 Et demum in medijs fugiam 3, Balearidas undis.

*Que præci-  
qua sint syr-  
iæ, scopu-  
liæ.*

Surgunt prætereà sine re, sine nomine cautes  
 Oceanæ in medio, quas & vitare necesse est,  
 Illas in parvi signatas cortice mundi,  
 Inque suis, Palinure, locis spectabis; & inde  
 Deprendes alto in pelago, duce pyxide, & astris.  
 Sunt etiam multæ indeprehensæ in gurgite Syrites,  
 Quas & nullus adhuc inscripsit in orbe magister:  
 ( Omnia quis novit, quæ condit in æquore Neteus ? )  
 Attu si soleræ cùm Doridos alta per terras,  
 Vel casu, aut undis, & tempestatibus actus,  
 Deprendes nova saxa mari, fugiesque periculum,  
 Illa orbe in picto describe, locumque notato  
 Certis distantes spatii à litore noto:  
 Sic alios facient tua dira pericula cautos.

*Novi scopu-  
li in Map-  
pi signandi*

At non Tellures spumosa per æquora nantes  
 Præteream, scopulosque vagos: Latonia qualis  
 Ägea quondam Delos; conspecta moveri,  
 Quam 4 Mycone tandem 5 Gyaroque revinxit Apollo.

N 3 Ta

<sup>1</sup> Scopuli duo, ubi pacta inter Romanos, & Carthaginenses primæ pax est  
<sup>2</sup> Santa Maria 3 Mædere, 4 Mædere & Mædoli 5 Iera, illa  
 Cæsarea.

*In sole ne-  
tantes.*

*Chorus in  
laco natus*

Tales & Cyanez Ponte de fluctibus erat  
Errabant Thraces oras, & littora circum.  
Est lacus Aegypti sub finibus, hec bida Chemnis  
Quam rivo, & nemorum felicibus occupat umbras.  
Magna sibi hic pius Arcieenens delubra sacrate  
Aethyopes jussit : crispatis fluctibus illa  
Enatas, & delubra vehit, sylvasque sequentes:  
Perque lacum vaga velificat, quâ flamine venti  
Impellunt: similiisque natae per Agnæ & Salus,  
Plurima quæ gremio effuso fecerat insula pisces.

*Insula in  
Oceano At-  
lanticus, que  
causa cogni-  
ta, nunquā  
deinde visa  
est.*

Præterea Atlante in magno fuit Insula nuper  
Spectata, antiquis olim non cognita nautis.  
Quæ Fortunatas incepit non ultima terras  
Surgebat, circum densis visenda viretis,  
Foras illam ventis, pelagique erroribus acti  
Lydiadæ tenuere, cavisque è puppibus actam  
Egressi petiere omnem, lucosque virentes.  
Verum non multis post hinc labentibus annis,  
Ceu ratis è portu crepitancia vela per undas  
Fecit, & incertum Nereo devecta profundo,  
Haud visa Hispanis illam quarentibus usquam est.  
Sunt alia Oceano in vasto currentia sara,

*Car insula  
vocans.*

Quæ subito motu gemino Telluris in altum  
Avulsa emergunt: quoniam cava pumice multa,  
Aut quia multa leves radices egit arundo  
Subter, & hinc levior Tellus superenatat undis.  
Ergo ea solerter sic semper habenda magistro  
Cura, per ignotum dum currimus abiecta poprum  
Alata, incerto sulcantes marmora cursu  
Velivolas noctu caues virare per undas.

*Quibus ar-  
tibus e gy-  
ribus edua-  
cenda se-  
mer.*

Dicepsum & quæ sint nautis soleribus artes,  
Hærentes quibus è mediis subducere naves  
Syrtibus, aut brevibus possint, si forte procella  
Illi impulsæ, atque undis spumantibus actæ,  
Inciderint: primum merces educere puppi  
Atque opera, ingentesque trabes, atque æra canora  
Festina: hinc contis urgenda, & vestibus ille.  
Aut funes circum scopulos, cautesque revolve;

Mox

\* Insula dux ad os Bosphori Thracii Iatalis le Pavonare, incolis  
Barbaris, & lego di Saliss.

Mox magno famuli misu propellere certent.  
 Aut etiam pelagi refluxis, & aquora plena  
 Expecta, ut scie, fluctu veniente, catinæ  
 Syrtibus educant, vel circum robora plures  
 Subter aquas, duris religandij pellibus ueres;  
 Utribus iustus enim conclusus in anibus aer  
 Nixitur in sumum semper, vique alleuat alnos.

Nocturnum dum carpis iter, deusataque saxis.  
 Aquora transmixtis, perquice, ubi gurgite Syria  
 Insidias tendant, & acuto mutice rupes.  
 Ne deses somno, aut nimio frangare labore?  
 Quippè salus agitur vita. quo nocte serena  
 Saxa rates, pigrosque simul frangere magistros.

*Mox magno famuli misu propellere certent.*

Me quondam, dives quæ mergitur Himera ponto  
 Aeolio, memini juvenem vidisse Sicanum.  
 Quem patriæ ad litus gelidum maris egerat unda.  
 Oceanis(<sup>infelix!</sup>) præter vada, vectus Roum  
 Supra Iadum, & Gangem, Serum pervenit ad oras.  
 Læsus ubi æstates transegerat advena multas,  
 Janque novos doctus mores, cæloque suetus.  
 Extero verum patriæ compulsus amore  
 (Dulcissimos patriæ: Tellus nec gravior ulla est,  
 Quam quæ nascenti primas dedit ætheris auras)  
 Europam remeat trans litora, transque sonantes  
 Oceanum, atque Italie tandem delabitur oris.  
 Hinc lembo in patriam vehitur, rectore Sicano,  
 Tyrrenumque auris relegit felicibus æquor.  
 Non procul à patria pura sub nocte seeabar  
 Lembus aquas, vento nunquam laxante rudentes.  
 At vieti somno nautæ per trans trajectabant,  
 Et puer obscuræ clavum sub nocte regebat.  
 Funditur hic etiam somno, temone reliquo,  
 Impegit saxis & procurrentibus aliis.  
 Commotæ caues, & acuto in mutice rostrum  
 Obnixum crepuit, collisaque prora pependit.  
 Exemplò nautæ somno, vinoque segulti  
 Demerguntur aquis. Adeo vigilare per undas,  
 Infamesque rati scopulos defendere multum est.  
 Ille sed optatas patriæ Telluris ad oras  
 Mergitur infelix, mortique occumbit acerbæ;

*Me quondam, dives quæ mergitur Himera ponto*

Cum nullæ purum velarent aëra nubes,  
 Et nulli cristes turbarent marmora nimbi.  
 Qui toties vasti sulcaverat æquor Atlantis;  
 Et rapidos undis toties Typhonas Eois  
 Fregerat, & centum vitaverat impiger Aras.  
 Heu vacui ignaræ mentes! qui sedulus unquam  
 Talia Fata viro è cœlo cecinisset haruspex?  
 Fidentes animis majora pericula scepè,  
 Ah miseri! superamus: at hinc vitare minoræ  
 Fata negant. Obstat rerum irrevocabilis ordo.

*Quid cum  
in scopulis  
accidimus.*

Ignarus scopulis si forte occurris, ab alto  
 Confestim nautæ demittant vertice velum,  
 Aut cursum certent remis inhibere morando.  
 Si longè cautes aspexeris, atque potestas  
 Evitare datur, clavum torquere, magister,  
 Festina, longos & circumflectere cursus.  
 Quà mare inoffensum, nec fracta remurmurat unda.  
 Carpe fugam: vacuum dabitur via tutæ per altum.  
 Qualis ubi currus solers auriga volantes  
 Egit, & euripedes campo commisit aperto,  
 Utque via saxum, foveamque advertit iniquam,  
 Inflectit temone rotam, evaditque periculum.  
*Syrrisim  
dæ.*  
 Verùm signa tibi cœcas prodentia Syrtes  
 Accipe. Cum pelago surgit levis unda quieto,  
 Volvunturque locis densata volumina certis,  
 Illic infames deprendes, navita, rupes,  
 Et vada, ubi ponto brevis æstuat unda refuso.  
 At si turbatus fremit imo à gurgite Nereus,  
 Quà fracti nimium spuma incandescere fluætus  
 Asperitantur, ibi cumuli, cautesque rigescunt.

*Egide alii.  
tudo aquæ.  
rum inue.  
figanda.*

Hæc super, Ignoras cum te devexit in oras  
 Ventus, ne pronas illis appellere puppes  
 Festinus, Palinure, sinas, demissa priusquam  
 Linearimetetur fundum; si surgat aquatum  
 Tanta imo moles de gurgite, quanta casinas  
 Ferre potest: medio pariter tibi i linea fundum  
 Oceano explore, cum jam vicina patescunt  
 Aequora, ubi subter cumuli densantur arenæ.

Vestiget tibi præterea gravis ære <sup>2</sup> Molorthus,

<sup>2</sup> Hoc est holis, il Piombino, à Standaglio Itali appellans.

<sup>3</sup> Idem, ac bello, à plumbis recte descendente dictus.

Commoda si ratibus statio: quæ subter arenis  
 Sternitur, aptæ: nigro verò quæ plurimalimo  
 Aut scarer, aut latè duris riget aspera faxis,  
 Firmandis semper censetur iniqua carinis;  
 Nam male cœnosofirmabitur anchora fundo,  
 Nec benè præruptis cum dente hærebida duncō  
 In scopulis; & acuta revulsos marmora funes  
 Disrumpent, prius ergo mati demitte Molorthum;  
 Illum autem visco, aut molli circumline cera.  
 Hinc cùm deduces, referet si multus arenam,  
 Aptæ rati statio, si cœnum, incommoda: sed si  
 Inciderit rigidis descendens cautibus ille,  
 Infidum fuge litus, & æquora rupibus aspera.

Insuper his, portus nigra dum nocte subintrat,  
 Quæ sit vera Pharos, quæ lumine litora pandit.  
 Impigerexplora, & certis cognoscere signis  
 Nitere: sœpe rates mediis perire sub umbris  
 Indeprensæ errore Phari, dum litora multæ  
 Irradiant flammæ, agricolæ cùm collibus altas  
 Accendere pyras, vel cùm de nocte per urbes  
 Festivi radiant passim de mœnibus ignes.

At tibi nunc, Siculis quod classibus & accidit olim  
 Narrabo, Palinure. (juvat meminisse malorum,  
 Quæ caveas) Victrix remeabat classis Eoo,  
 Exuviasque ducom, captumque insigne tyrannus  
 Threicissi, & victas referebat in agmine puppes.  
 Jam multo exhaustos cursu demerserat undis  
 Phœbus equos, primo volvit cùm sydera motu  
 Incipiunt, trepidis & scintillare videntur  
 Luminibus, spectata mari descendere ab alto  
 Arcibus è summis tunc est, & mœnibus urbis  
 Classis, & Austriacis vexilla undantia signis.  
 Captivæ bello puppes, monimenta triumphi,  
 Ponè sequebantur: longè trans litora classem:  
 Protinus ut videre, canoro murmure cives

*Et en statio navibus apta.*

*Nocte inteplesia causæ pharæ perquirenda.*

*Sicula clas-  
ses naufragium ex er-  
rore Phœbi.*

N 4 Con-

<sup>2</sup> Siciliam pro Rege Catholico moderante Vrionis. Opere duce  
 Clasius Sicula septem instructa triremibus, praetore Octavio Aragonie  
 in Orientem solvit, & cùm septem Turchatum triremibus occurrit, pugnam init, bœvique prælio capto vides: victis mos cùm rediret nocte, & tempestate superveniente, errore Phœbi magna ex parte naufragium fecit in portu.

Conveniunt, omnisque ruit densata Panormus  
 Visendi studio, plaususque ad sydera jactans  
 Accenduntque faces, luctosque in mœnibus ignes.  
 Exemplò dira Boreas comitante procella,  
 Ex Urso ruit improvisus: in æquore fluctus  
 Incendent, raucoque tremunt stridore sub auras.  
 Densatur cœlum nimbis, tonitruque remugit,  
 Quo campi, & valles, atque ardua pulsa tremiscunt.  
 Tunc velum in ventum dæ concita classis, & auris  
 In portum contendit, at incisa quæ Pharos igne  
 Liceret fido; crebræ per litora quando  
 Ardebant flammæ, mediis pars syrtibus hæsit,  
 Pars scopulos inter prona incidit, haud mora, cunctæ  
 Illisq; crepuere rates, sonitumque dedere.  
 Victores, viatosque trahit sors una vicissim.  
 Heu miseros! per saxa animam, fluctusque rapaces  
 Effudere intet sociorum murmura lata,  
 Sæpè insperatos felicia gaudia luctus,  
 Et lacrymas verso pepererunt ordine risus.  
 At vos solicieti portum explorate, magistri,  
 Et fidæ vobis radient quo litore flammæ.  
 Solerti nec cura minor Rectori adhibenda,  
 Ut pelagi fugiat prædones, qui freta passim  
 Cædibus infestant, execrandisque rapinis.  
 Ergo tibi assiduus malo speculator ab alto  
 Quæ *indu*, *strâ private* Nunciet, alatæ violent quæ Dorida pinus:  
*claudendi.* Invigilatque mari semper: sed prima rubescit  
 Cùm fuscis Aurora rotis, solertior omnes  
 Perlustret tractus oculis, ne forte tibi hostes  
 Se se improvisi objectent, atque ære lacestant.  
 Non secus altacito cùm promontoria cursu,  
 Præruptosque legis scopulos, aut fluminis ora,  
 Solicitus facies; quoniam convalle reducta,  
 Et sæpe infames latuere crepidine Mauri,  
 Præterea, fugiens si curris, nitere semper  
 Ne ventum tibi præripiant; sic tutus aperto  
 Errabis pelago, donec tibi conteget undas.  
 Nox veniens, & opem tenebris præbebit amicis.  
 Quare cœlum humentes, cùm obduxere tenebræ,  
 Tende iter obliquum, quod non fert adra catinas:

Aut

**Aut flecte; atque Afros sic ipse latebis iniquos.**

Quorundam inventum est, celsa de puppe resectum  
Doliolum, cui clara Pharos suspensa coruscet,  
In fluctus sensim demittere, quod tamen undis  
Enatet in mediis rectum: sic stare carinas  
Immotas placido pirata in gurgite credent:  
Ast illæ interea securæ Nerea currunt:  
Sed ridet festiva dolum instruxisse iuventus,  
Piratas cælo qui frustraturus aperto est.  
Sic quondam fecisse Ligur narravit Jolcus,  
Cum Sardoa gravis fulcaret cœrulea pinu:  
Et i Rhodii fecere duces, dum classibus Hellen  
Prætereunt, nigræ per amica silentia noctis.

Ingeniosum  
Liguris na-  
varchi in-  
venitum.

At nunc, quo fervent æstu maria alta refuso,  
Quæ loca, qui cursus, quibus & Lunaribus horis,  
Vestigemus, & à scopolis diversa petamus.  
Coneitus alterno procurrent gurgite pontus,  
Nunc celeri in terras cursu ruit, atque refusis  
Fluctibus infundit, scopulosque superiacit undas:  
Spumeus at retrò nunc cedit, & humida salvi  
Purgamenta maris, revolutaque saxa resorbet;  
Nudatumque solum, flutu labente, relinquit.  
Ac velut geminæ coiere in prælia quando  
Mixtæ acies, & longis sese hastilibus urgent.  
Fortior illa premit, subnixaque viribus instat:  
Hæc cedit, retròque fugit: subitumque sub auras.  
Clamorem attollit, flammantiaque ora reflectit:  
Illa fugit, penitusque datis se mandat habenis.  
Haud secus in terras irrumpit fervidus undis  
Oceanus, refugisque iterum se fluctibus aufert.

Mare effus

Sed quæ causa fretum confestim gurgite ab alto  
Tempore sub certo tollat, rursusque remittat,  
Non facilis quæsitu, omnique incognita vulgo est.  
Ardua mens hominum explorandis rebus, & acre  
Ingenium has pelagi refugas impegit in undas.  
Usque adeo verum est, certas perquirere causas,  
Et sita principia, & cunctarum exordia rerum  
Difficile esse: tamen varia est sententia multis.

Afflitis con-  
fus.

Narr-

<sup>1</sup> Equites Hierosolymitani, qui a Rhodo Rhodiis, a Melite nati.  
Melitenses vocantur.

Nanque alii vastos sotberi in Tartara fluctus  
 Rentur, & occulto subter etanet meatu;  
 Inde vomi tursus, subitosque ad litora ferri.  
 Esse alii Mondo vitales ætheris haustus,  
 Et partem superæ mentis dixerit, rumentes  
 Sic & anhelus aquas, cum nari bus accipit auras,  
 Contrahit absorbens, illas, cum reddit, in altum  
 Attollit, terrasque, vado exundante, refundit.  
 Sunt quibus hæc melior risit sententia menti:  
 Scilicet è cœlo vertigine rapta diurna  
 Surgere nunc æstu maria, & refluenter undis  
 Demitti: vasto multis sub gurgite visum est  
 Ebullire fretum, latèque assurgere fluctus;  
 Quippè putant vacuis magnæ Telluris in antris  
 Conclusos ignes cœcis ardere caminis.  
 Verùm alii mira novitatis imagine capti  
 (Non levis hic stimulus: suus incidit omnibus ardor  
 Vestigare nova, & rerum confingere caussas)  
 In mundi medio Phœbi torpere jugales,  
 Ac circùm immenso terras versaties orbe:  
 Cunctaque præcipiti pariter vertigine ferri,  
 Ætheraque, tractusque matis, nubesque volantes,  
 Audaces dixerit. Adèd dementia mentes  
 Mortales vexat, certas inquirere caussas  
 Non hic verus amor, rerumque exordia nosse:  
 Sed nova fingendi genius, seu dira cupido est.  
 Hinc terræ trepidare sinu maria acta putarunt;  
 Alternaque fuga tumidos fervescere fluctus.  
 Ipse sed Oceanis pumantia cœrula duco  
 Reginæ arbitrio Lunæ, imperioque cieris  
 Vimque illi arcana, motu quo concitet undas,  
 Esse puto. parent Lunæ freta turgida; quandò  
 Illa abeunte cadunt maria, & veniente tumescunt.  
 Non tamen Oceani terrarum est unus ubique  
 Æstus, & in certis non semper tollitur horis.  
 Sive id aquæ vitio eveniat, vitiove locorum;  
 Vel quoniam (nec fallor) erit non una marini  
Varius in  
maris astus. Caussæ æstus, interdum aliæ in concrearia caussæ  
 Res agitant, viresque aliarum sæpe motantur.  
 Hinc per conclusæ Thetidos vada parcius undæ

Af.

Affurgunt, refugoque iterum vix gurgite fidunt.

Verum in secessu superi maris altus ab Ottu

Adria turgescit, longèque infundit arenas:

Sed magis Oceanus perfusis æstuat undis

Ultra Abylam, & Calpen; magno quia scilicet illic

Corpoere per cunctas latè diffunditur oras;

Fluctuat & magis, aurato quæ flumine ripas

Humeat virides Tagus aurifer, altius æquor

Tollitur, & campos, & rura virentia fluētū

Longè operit, totamque oram perfundit Iberam.

Verum quæ cælo se faxa, & Gobeia tollunt

Armoricum propter litus, quando unda resedit,

Ingenti circum tractu nudata patescunt

Litora, nudatique etiam per litora pisces,

Ceteque, Vitulique, & fluctivagæ Balænæ.

Sæpe etiam & siccis puppes spectantur arenis.

Major, ubi gelidis semper riget Ursa pruinis,

Bacchatur terris matis æstus, & unda tumescens

Latè humiles sorbet Batavos, humilesque Britannos;

Norvagos, & Cymbrosque simul, Gotthosque nivales.

At Libyæ ad litus, quæ, Gis vagus alluit, & quæ

Contra elata mari spectatur maxima Cerne,

Perque Arabum fines, Erythræaque litora circum

Fervescit pelagus vehementior, & furit undis.

Verum Eoa per æquora lata, per Afida longè,

Et quæ gemmiferæ vicinia Persidis Indum

Accipit, & nitidis circum, Carmania lapillis

Litora lata, modum suprà furit æstus, & ingens

Præcurrens tantum Nereus Telluris inundat,

Quantum vix uno peragit sub Sole viator.

Non tam præcipites effusi è carcere currus

Corripue re viam, & laxis agitantur habenis:

Ut cum perrumpit, tumido jam gurgite, pontus

In terram, refugus vel cum delabitur inde.

Non fuga servaret gentes per litora Eoas,

Ni custos fumo daret alto à vertice signum,

Cum terram aggreditur curru Neptunus aquoso.

In Octavo  
vehementi-  
tior.

At maxi-  
mus ad A-  
fri litore.

Hæc

<sup>1</sup> Promontorium Gallæ in ora Briannica. <sup>2</sup> Mæte & Novæ;

<sup>3</sup> Idem ac Nigra, Nilus pars fluvius Fiume Negro. <sup>3</sup> Quæ & Menulis,

maxima Africæ insula, Ædæcascar. <sup>4</sup> Kirmay Persidis regio.

Hæc loca; Tethys ubi Lunaribus æstuat horis,  
 Nauta, fuge, & celeres infida ad litora proras  
 Ne veritas, transversæ ferat ne fervidus illas,  
 Dum ruit, Oceanus, nudo vellit ore retrò  
 Deserat aufugiens. Foveas fecere cavatas  
 Litoribus passim, turæ consistere ut illis,  
 Subsidente, rates possent, trans litora Nereo.  
 Quin opus est, ut missa mari gravis anchora puppis  
 Fundet aquis; nam sæpe graves violentior æstus  
 Secum unda abripuit, refluunt gurgite, naves.

Præterea sit cura tibi cognoscere, servens

*Quo tempore incipit afflue.* Tempore quo surgit, vel quo delabitur unda;  
 Ne patriam, Palinure, relinquas puppibus oram,  
 Oceano veniente; cito sed refluat cursu  
 Cùm jam litoribus subsidunt æquora fuccis:  
 Utque coronatis advertas ostia sylvis,  
 Cùm surget veniens, non cùm subducitur æquor.  
 Dum vaga consurgit radianti Delia cornu,  
 Atque orbem sexæ fugiens intersecat horæ,  
 Paulatim surgens crescit mare: vertice summi  
 Illa sed in medio cùm jam libratut Olympi,  
 Consistit salis æstus: aquæ non amplius ultra  
 Ascendunt: refugæ sed retrò fræna retorquent.  
 Hinc ubi descendens orbem lustravit eundem,  
 Invadunt iterum spumantia marmora terras,  
 Quo tandem Manes descendat Cynthia ad imos.  
 Hinc ut candentes agit alto à cardine cervos,  
 Vertuntur maria, & retrò sublabitur unda.  
 Tarda maris quoniam de gurgite Luna resurgit  
 Semper (amat somnos, & amica silentia Luna)  
 Tardiùs hinc (dominæ mores imitatur, & ipse)  
 Oceanus sumit violenti exordia motus.  
 Quotque dies abierte retrò crescentis ab ortu,  
 Tot cedunt momenta vagi primordia cursus.

*Minor in Luna plenaria, maior in plenilunio.* Præterea cùm Luna novos jam colligit ignes,  
 Tunc minus ex imo tolluntur gurgite fluctus:  
 Sed cùm per cœlum pleno jam lucida cornu  
 Incedit, magnis tunc Nereus æstuat undis:  
 Nanque etiam dominæ novit dispendia Lunæ  
 Oceanus: simul & crescentia cornua sentit.

LIBRI SEXTI FINIS.





Franc. Solimene Inv.

Franc. De Louvemont sc.



## N A U T I C O R U M

### L I B E R VII.

**S**ed jam nunc puppes animosior impulit aura  
Trans Abylæ metam, Oceanoque immisit aperto,  
Creber & Eō veniens immurmusat Eurus:  
Conclusæque retrò ecesserunt Tethyos undæ.  
Ergo animus, dum vèntus agit, dum spirat Apolló,  
Oceanî fluctus audaci currere pinu.

At tu, quæ vitreo subvecta per æquora currū,  
Ceruleum metitis iter, cœtuque beato  
Nereidum sociata volas, vati, auræa Dori,  
Pande viam: tecumque feras, precor, o Dea, magnus  
**CARDENIDEN** currū sublimem, Euroque secundo.  
Hoc duc & perpetuis sulcabitus æquora velis,  
Felici intendent semper quæ flamine Cori.  
Ergo age, **CARDENIDE**, & quò te vocat æmula Doris,  
I, sequere, & mecum juvet ire, & quætere sedem  
Purpuream Eoi, & primi confinia mundi,  
Suprà Indos, Seresque suprà, & Chrysenque repostam,  
Solis, & Aurora in thalamos Titanidis usque:  
Nec non & nova regna, novasque inquirere gentes  
Axe alio, quæ nulla polum decicinat Arctos:  
Et nova monstra maris, nova sydera: trans & Atlantem  
Externum lustrare Orbem, nova litora, & urbes,  
Atque alios portus, quod per tot secula nullæ  
Ire rates aufæ, & curvis sulcare carinis  
Fluctibus hotrendum Oceanū, horrendumq; procellis.  
Magnum equidem tentamus opus: sed magna sequetur  
Gloria, læva sinunt si Numina, & audit Apollo:

Et

<sup>1</sup> Giappone ut Brietio, & aliis placet, etiamq; Iaponiam alii Iabæ,  
dù insulam putent. Marcus Polus Venetus Zypangia vocat, celebre-  
tima in Oceano Sinico insula ad Orientem posita,

Et qui me facili toties per cœrula nutu  
 Magnus SABERIDES servavit. Age, ætere ab alto  
 Dive veni, & ventos immites in veila secundos,  
 Ac tumidum pavidis substerne Atlanta carinis;  
 Nanque potens pelagi Deus es: via nulla per undas  
 Te sine tuta patet, trepidatque in gurgite pinus.  
 Ergo adsis, cœptique operis hanc perfice parcem.

O mihi, si licet, cœlo, pelagoque remenso,  
 Litus in Eoum servatam advertere puppim!  
 Hic tibi Carmano templum de marmore ponam  
 Propter aquas, multo Ganges quæ turbidus auro  
 Per septenæ vago devolvitur ostia cursu.  
 In medio templi stabis mihi Numen, & aram  
 Purpureis extam gemmis, auroque tenebis.  
 Huc tibi servati spumosa è Dotide nautæ  
 Dona ferent, fundentque preces, & vota resolvent.  
 Primus ego (si tanto unquam dignabor honore)  
 Romulidum de more sacro velatus amici,  
 Et nitida chlamyde, & Tyrio conspectus in ostro  
 Dona fecam, & sacris incendam altaria donis.  
 Sanctam libabo Cererem, sanctumque Lyzum  
 Cernuus; èque manu mitetur victimæ nostra  
 Multa Patri. Sed jam festas indicere pompas.  
 Ad delubra juvat, cœsiisque insigne Tonantis,  
 Ac pictas auro tabulas, & figere dona  
 Parietibus latè circùm, contextaque Serum  
 Vellera, purpureosque tholo suspendere honores.

In foribus pugnam ex ebore, & nitido argento  
 Gangaridum faciam, fractumque peritus in auro  
 Cœlabo; Badagem, & viætriciæ signa Quirini.  
 Atque hic Romanis ascriptum legibus Indum,  
 Ac rutilem sacro lustratum in flumine Gangem;  
 Addam urbes Añz, servataque regna rubentis  
 Auroræ, sacris tot & addita sceptra Latini;  
 Bisque triumphatas, Chrysæo in litore gentes,  
 Taprobani, Sindasque, & odoriferas, Moluccas.

Et

---

<sup>1</sup> Barbari, qui Indias peninsulas montana colunt. scilicet Iaponicos  
 sunt & Chryssi sive Chersonesi populi. <sup>2</sup> Insulae Eoi maris, ex quibus  
 ingens aromatum topia provenit, suntque sub ipso Aquatore sita.

Et capiæ stabunt puppes, & viætus i Achenus,  
Sub pedibus pingam Furias, amnemque severum  
Cocytus, & dira fusum cùm gente Tyrannum.  
E nivio sculpam saxe, spirantia signa,  
Lustraros reges, ascriptaque nomina cœlo.  
Interea magnum Oceanum, fluctusque sequamur  
Intactos, tua, SABERIDE, non ultima dona.  
Ergo age: rumpe moras: vocat alto à vertice pontus,  
Indusque, Gangesque, & divitis æquor Erythræ:  
Et vocat Hesperio sub Sole i Argenteus amnis,  
Virginii 3 fontes, autoque insgnis 4 Amazon,  
Et vox assensu marium ingeminata resulcat,  
Mox ego viætrices acciugat dicere palmas,  
Æternumque tuum proferte in secula nomen.

Seu quis odoriferas Eoa per æqua terras  
Puppe petit, crocei seu quis sub Vespertis ora  
Ammerices quærit populos, hic cortice pictum  
Oceanum primum, & vastissima cætula noscat;  
Ac maris ambages varias, cypriusque viarum.

Trans Gades magnum spumosis fluctibus æquor  
Panditur (Oceanum Graji dixere vocantes)  
Cum quo clausa Thetis (cecinit si vera vetustas)  
Nulla olim immisso junxit commercia Nereo,  
Isthmus erat medius, terræ discriamine parvo  
Qui Libyam Europæ jungebat, & utraque Tellus  
Una erat, at crebro véniebat vi pontus, & undis  
Paulatim exedit terras, medioque refusus  
Europam tandem è Libya dimovit, & alta  
Didocta ex 5 Abyla tunc 5 Calpe, & Ictosa, & urbes;  
Ac primum Thetis Oceano dignata marito est,  
(Tantum pontus edax, & edacia secula possunt)  
Fluviorum pater Oceanus, rex magnus aquarum;

Oceanum  
naviganti-  
bus quid  
prius opus  
fz.

Oceanus cum  
Mediterra-  
neæ per fre-  
cum Hercu-  
leum fabi  
cæmergium.  
Nam olim  
sciuimus  
Libya isth-  
me: ita as-  
tigui apud  
Strabonem  
lib. 1.

## Qui-

1 Populi Sumatræ in ora Boreali Achen, 2 Ingens Americæ Me-  
ridionalis fluvius ab arenis Argenteis sic dictus Rio de la Plata,

4 Qui sunt in Virginia Septentrionalis Americæ Provincia.

3 Rio de las Amazones Hispani vocant, perhibent enim hujus fluyi  
tipas Amazones inçolexe. 5 Gemini montes, qui & Herculis colum-  
na dictæ Abyla Africæ, vulgo Almina appellatur: & si alij alii cer autem  
ment: Calpe Europæ Gibraltar.

Ex Oceano  
flumina e-  
movere. *Ma-*  
*sic opinie.*

Quique sius centum, ceneum fluit aquora circum.  
Atque plagas omnes terrarum fluctibus ambit.  
Quin subitus terras & praterlabitur omnes  
Per cæcos aditus, perque horrida Tartara Ditis.  
Ceu toto in tenues diffusus corpore venas  
Insinuat se sanguis, agitque per omnia vitam.  
Stagna, lacus, perhibent, hinc, & vaga flumina, fontes,  
Eque cavis quicquid faxis distillat aquarum;  
Oceano ex alto consurgere: nanque ubi pontus  
Descendit magna per crebra foramina terræ.  
Quæ via cœca patet, superas se rursus in auras  
Emittit saliens; nam quantum vertice ab alto  
Descendit maris unda, salit de gurgite tantum.  
Hinc Tagus aurata volvens cum flumine arenam  
Erumpit. Bæisque alba præcinctus oliva:  
Et qui tot tertiis, tot nomina gentibus Indus  
Caucasea de rupe fluens imponit, & ipse  
Purpurea Ganges unda, & Tanaisque nivalis:  
Ac gelidis venit & Oxus aquis, & dives Hydaspes,  
Et Lygas, atque Hermus, fontesque binominis Istri:  
Nilus & Ægyptum nigra qui ditat arena,  
Usque dacuminibus Lunæ devexus ab altis:  
Et Gis Æthiopum fama notissimus, & qui  
Spumeus Alpino Vesuli de vertice currit  
Eridantus, scéptisque potens Tyberinus, & ipse  
Pauper aqua, at multo dives Sebethus honore.  
Orbe sub occiduo Panucus, & alta fluenta  
Amnis Amazonidum, centum qui flexibus errat,  
Et sata rura rigat latè felicia centum:  
Cæruleisque, & Canada vadis, flavusque Siopis,  
Quique mari magno fluit ore Argenteus amnis,  
Et gemmas secum, & nitidas subveget arenas.  
Hic freta trans Abylæ geminis se cornibus ingens  
Oceanus cir- porrigit Oceanus: dextræ petit arduus Orbem:  
cuiss. Ammetices, latèque omnem complexitur undis:  
At Izva Libyam præterluit usque remotum  
Acroronon, Manesque fluens descendit ad imos,  
Eorum hinc saliens latu's alluit: & vagus inde

880

<sup>1</sup> Don. <sup>2</sup> Ithas, & Ghios, qui in Caspium se exonerat. <sup>3</sup> Casdi  
flavus, seu potius ingens lacus Septentrionalis Americae.

**Supra Arabem, Persamque suprà circumfluit Indos.**  
**Mox iterum ascendens gelidas iter urget ad Arctos:**  
**Lanigerosque lavat Seres, Chrysenque rubentem.**  
**Hinc & regna petens Boreæ damnata sub axe,**  
**Sarmatiam, Scythiamque rigat, rigidoque reliquo**  
**Axe iterum, niveos cursu secat ille Britannos:**  
**Moribus & niveam fluctu circumdat Hybernen.**

Oceani quondam antiquis impervia nautis  
**Æquora: turritæ nec sulcavere carinæ**  
**Id pelagi, ad Solem quod se diffundit Eoum,**  
**Et quod in Hesperium procurrit, & omnia cingit**  
**Ammerices nova regna. cava trabe currere fluctus**  
**Oceani tumidos, montesque irrumperè aquarum**  
**Non ausi, ignotumque fretum tentare magistri.**  
**Proxima majorum Fatis melioribus ætas**  
**Id tandem aggressa est: potuitque ingentibus ausis**  
**Oceanum superare, rubrosque venire sub Indos.**  
**Multa sed ante tamen cesserunt irrita vota**  
**Rectorum, multusque labor profusus inanis.**  
**Agmine niniborum metuendus, & ignibus Atlas**  
**Terebat nautatum animos, qui sèpè furentem**  
**Tentavere sinum, & cautes superare rigentes.**  
**Arduus ipse etiam præruptis montibus alnos**  
**Oceanus retrò pepulit, nautasque coégit**  
**Veteræ terga fuga, & magnis desistere cœptis.**  
**At non conatus animorum, audaciaque ausa**  
**Omnino cecidere: per invia cœrula Atlantis,**  
**Perque hyenes iterum rigidas, nimbosque sonantes**  
**Sternere iter tentarunt, magnum & sub juga pontum**  
**Mittere: sed pulsi laceris abiere carinis**  
**Retrò iterum: cecidiisque animis spes omnis, & altus**  
**Non dictus: Mons, & dicta est innabilis ora.**  
**Sic intaetus Atlas, multosque inarata per annos**  
**Amphittite est. Cùm tandem felicibus ausis,**  
**Henrici & Ducis auspicio, ducentibus & Diis,**

Oceanus  
et limiter  
Est.

Superiori  
seculo sen-  
dom senta-  
rus.

Sed primi  
lucagnum.

Mox felicit-  
ter Veseti &  
Ducis Au-  
spicis.

## O Ly.

<sup>1</sup> Atlantis jugum, *Cape Nm.* <sup>2</sup> Ioannis 1. Lusitaniz Regis filius .  
 qui primus in Africam iter aperuit duabus Lusitanis navibus misis  
 anno 1240. mox Atlantis promontorium superatum est anno 1430.  
 postremo Vasco duce trans ultimum Africa promontorium in Indiā  
 penetratum est anno 1497.

Lyfiadæ petiere duces, non horrida nimbis  
 Æquora, non pelagi montes timuere tumentes.  
 Ac velut in tergum si quando pulsa recessit  
 Mœnibus ex altis acies, quæ scandere primùm  
 Ausa fuit, mixtimque abiit formidine cœcas;  
 Spemque omnem belli deponit, & arce potiri.  
 Ast ubi conspexit specula sublimis ab alta  
 Contusas acies, fusosque redire maniplos  
 Magnanimus dux, ingentique incanduit ira,  
 Utget equum impatiens, torosque relaxat habemas:  
 Ocyùs & vento, ut versum pervenit in agmen,  
 Increpitat primūm dictis, fistisque ruentes:  
 Addit & hinc stimulos animis, & laudis honores.  
 Exemplò commotæ acies ad mœnia vertunt  
 Sese præcipites, Martemque, hostemque laceffunt.  
 Tela per, & glandes, & Martia fulmina, & ignes  
 Irrumpunt; muros scandunt, & turribus altis  
 Vi potiuntur: Honor stimulis præcordia pulsat.  
 Non secus Oceanum superarunt, & vada cœca  
 Lyfiadæ naues, postquam generosus adegit  
 Dux stimulis animos, laudisque adiecit honores.  
 Non formidandi vertex sublimis Atlantis,  
 Nec trifidis disiecta polo Acroceræunia flammis  
 Audaces fregere animos: Nec terruit ingens  
 Fluctibus Oceanus: sed itum est in litus Eoum  
 Per maris abrupsum. Rerum discrimina nulla  
 Alter laudis amor formidas, & invia nulla  
 Semita viruti; nam sentibus aspera mollit  
 Gloria. Neptuni præter vada servida vexit  
 Idæas animosa virùm solertia puppes.

Verùm age, & Oceanitum idos quo sydere fluëus  
 Qua tempore  
 Etage in O. . . . .  
 videntem . . . . .  
 per Atlant-  
 icum na-  
 viz andam.  
 Verrere conveniat, terras & adire reposatas,  
 Accipe. Cùm pelagus candenti corpore Cygnus  
 Pronus adit, nitidis Arcturus & emicat astris,  
 Herculeos fines, & amicos, navita, portus,  
 Quà Tagus Oceano rutilis se miscet arenis,  
 Desere; blanda novo sub sydere scindere pontum  
 Tempestas aperit tunc se; veniuntque secundi  
 In velum Zephyri. verùm si carcere currus  
 Serius emittas, cœlo cùm lucida Tauri

Oc-

Occidit, ardentesque pedes exarmat Orion,  
Haud equidem Phœbi sedem lustrabis Eoam  
Incolumis: rēffō puppes ager Auster ab axe  
Austrino veniens, vel si contendere contrā  
Audebis, Libyæ infames frangeris ad oras,  
Aut alium tandem venies jactatus in Orbem,  
Brasilicæ ad cautes, aut barbara litora terræ  
Caribanicæ, Thetidi quâ se vagus addit Amazon.

At 1 portum, Arctoam quâ Dorida verberat undis  
Sequana, Pegaseum nitido cùm sydus Olympo  
Tendit iter pennis; & jam novus incipit annus,  
Deserit, & Phœbi Gallus petit arva rubentis.  
Mense sed exacto solvunt de 2 Veste Britanni  
Gangaridum in regna: at gelidæ vadæ tutæ relinquunt  
Texelicæ 3 dites Batavi, charosque Penates,  
Cùm Tauri medium Titan secat aureus orbem.

At quicunque petis trans æquora litus Eoum  
Ocyus infistas cursu, Zephyrisque secundis,  
Abrumpasque moras opus est: Nanque omnis in alto  
Prospera Fortuna, & felix stat meta viarum  
Concessis ventis, & tempestatisibus uti.

Sed postquam cœli certo sub sydere ventos  
Accepere sinus, celeres, Palinure, carinas  
Dirige, Fortunæ præfert quâ plurima nomen  
Insula: prima cui sit & hæc data meta laboris.  
At tibi quæ magno metuenda pericula ponto  
Intentent, canere aggredior. Vitare memento  
Navifragum Libyæ litus, penitusque sonantes  
Atlantis scopulos: furit hic spumantibus undis  
Arduus Oceanus, strepitatque procacibus Austris.  
Stringe rati dextram: & nimbos vitabis, & undas.

Ille sed in primis vasti per cœrulea Atlantis  
Est labor exuperandus: Aquæ nam præpete cursu  
Semper in Occasum, Solisque cubilia tendunt;  
Seu quoniam summi vertex dum fertur Olympi  
Pronus ad Occasum, retròque relinquit Eoum,  
Inclusos orbes, & sydera, & æra, & undas  
Oceanii rapit, & celeri trahit omnia gyro.

Nalla pro-  
fessioni mo-  
ra iuselli-  
da.

*Ex Europa  
in Fortunae  
tas insulas  
principio  
cursus in-  
tendendus.*

*Contraria  
vis morum  
ab Oriente  
Occasum e-  
miti opus est  
Quoniam de hic  
Oceanii mo-  
rus.*

Q. 2 Qua-

1 L'Haute de Gras Galli vocant. 2 Insula Britannia, vulgo  
3 Torel, insula, & portus Batavorum.

**Qualis** ubi magna rapitur vi fervidus axis  
**Ingenti** cum mole rotas, currusque volantes  
**Abripi**t, & summa retrò vi rapta sequuntur.  
**Sive** quia (hzc melior sententia visa magistris  
**Nanque** aliis) cœli per culmina cùm rapidus **Sol**

**Alla** cœlestē  
mœnē eaus-  
(6)

Volvitur, immensis fervoribus excoquit alti  
**Oceani** flutus, tenuesque resolvit in auras.

Ergo ubi jam multus mediis è flutibus humor  
**Attenuatus** abit, subsidunt æquora fundo.

**Hinc** loca vicinæ succedunt protinus undæ

In devexa, vagus quoniam se semper in orbem

Versat, agens cùm luce die in Sol almus Olympo,

In declive fluit mare semper, & orbe rotatur.

**Longior** idcirco cursus, cùm Solis ad Orcum

Tendimus: objectum puppes mare tardat euntes.

**At** verò Occasum, brevior, cùm quæris, & horas

Ammerices; nam prona ferunt ipsa æquora puppes.

**Est** major tamen hic motus, quæ torrida Mundi

Zona rubet; veloci & aguntur cœrula cursu.

**Attenuat** quoniam Sol ferventissimus undas

Oceani magis; aut quia se velocius ipse

In medio versat cœli vastissimus orbis.

**Est** pariter varius variis in partibus altæ

Cursus aquæ, & varias etiam deflebit ad horas,

**Autor** hinc docti quærent cùm regna magistri,

Lentus ubi motus, descendunt, deinde sub Orcum

Veloces recto ducunt temone catinas.

**Major** ubi, veniunt, cùm longè Atlante reposos

Vespere sub nigrō inquirunt per cœrula portus.

**Est** etiam labor ille tibi, luctare fluentis;

**Vtandi** in

**Oceani** fuso

obliqui a-

quarum flu-

tas. Et ha-

cum causa.

Oceani, flutus & declinate ruentes.

**Nam** vaga in Occasum cùm perfluit Amphittite

Litora in adversa, atque in procurentia saxa

Incursat violenta, nec ultra excurrit inundans,

Spumea confertim refluit sed pulsâ retrorsum,

**Qualis** ubi ripis devexior incidit amnis,

Allitus resilit, retròque reverberat undas.

**At** quoniam in terras objectas sibi unda

Oblique incursat, pariterque impulsa retrorsum

Oblique in partes alias fluit, & vaga cursat.

Ingentesque unā abreptas trahit æquore puppes.  
 Quin etiam fluiis è magnis sæpe fluenta  
 Prona ruunt, multoque cinct maris impete fluctus,  
 Sic fluit Euxinum, & medium perlabitur Hellen  
 Autum fluminibus: sic pulsus à gurgite Nili  
 It mare Virginum: sic claustra sonantia præter  
 Oceanum currunt devexa fluenta per altum:  
 Quà Gis lata subit maris æquora, quàque rubentes  
 Indus aquas auro devolvit, & aurcus ipse  
 Quà Ganges fluit, & Seres quà findit i Hoanges,  
 Et quà se magno ciet ore Argenteus amnis,  
 Ac secat occiduos undis felicibus Indos:  
 Amnis Amazoniduin sed quà rapidissimus undas,  
 Torquet agens, celeri currunt cita cœrula cursu.

Hæc igitur tibi cura, silent cùm carbasa, in undas  
 Anchora descendat, multo quæ pondere curvas  
 Firmabit pinus, pelagoque oblistet eunti.  
 At si ventus agit crepitanti flamine vela,  
 Contende in proram venientibus impiger undis,  
 Obnitique vado semper, Palinure memento.  
 Nec te decipiat, fluctu labente, profundis  
 Indeprensus aquis, atque irremeabilis error.  
 Vicinam temone plagam, veloque require,  
 Quà venit æstus aquæ, & fluctus conate ruentes  
 Vincere, ne sensim pelagi devexa fluenta  
 Veloce aliò impellant per marmora puppes.  
 Tardior Oceanus quà se fert obvius undis,  
 Flecte ratem clayo. quin & superare fluenta,  
 Nauta, potes, si proram omnis petat impetus undæ:  
 Nec transversa latus feriat Thetis incita cursu:  
 Nam sic prora vadum rostro proscindet acuto,  
 Eludetque simul rapidam venientis aquæ vim.  
 Non secus ac cuneus diffindit scissile robur,  
 Et facile in partes acie disjungit acuta.

Quæ artis  
seruent  
ocurrè nivis  
opacis.

Quin & Hiperboreæ glacies, fluxusque nivali  
 Ex axe in medium tibi sunt vitanda, sub Ursas  
 Dum tendis. Cùm longa dies illuxit in Orbe

O. 3.

At-

<sup>3. Hoang</sup> maximum Serum fluvius excoei, seu lutei coloris, unde vernaculo Serum vocabulo Hoang dicitur, illius tamen aqua nitida sit  
 injectio alumine.

Motus Ma-  
ris à Sepul-  
trione in  
Anstrum  
et hinc  
causa.

At&co, solvitque nives Sol servidus igne,  
Et duras scindit glacies, maris unda refusit  
Imbrisbus è Septem cursu' revoluta Trione  
In medium devexa diem descendit, & altas  
Fert secum glacies, tepidumque revolvit in Austrum.

Late hinc concretos Atlanticus invehit amnes

Oceanus, Libyco sensim qui Sole liquefcunt.

At quā perpetuis candet densata pruinis

Zona poli, & nimio durescit frigore pontus,

Crystalli veluti montes, longo agmine duræ

Immensa glacies, que Voluuntur glacies, mittunt quas flumina, & ipsæ

in Austra Interdum gelida stipat: Naiade cautes,

descendunt. Cum nivibus sub nocte hyemes riguere profunda.

Per glaciale i stetum Scythiz & Zemizque nivalis

In transversa nives dum currunt, seque ruentes

Per densata petunt latera, incurvantque frequentes,

Horrendus fragor exoritur, quo littora, & omnes

Pulsati longè montes, cœlumque resultat.

Se velut ex alto cum Nilus Atlante refundit

Subiectos late in campos, plangitque profundas

Ingenti valles sonitu, quo tota remugit

Tebais, Egyptusque, atque æstiferi Garamantes.

At non transibo indicatas caligine densa,

Quæ per Hyperboreum se fundunt aéræ nubes;

Arctophylax stellata retrò cùm plaustra reducit,

Atque Ariadnæ conduntur signa coronæ.

Insuper Oceano in magno, quā semper ab igne

Incandet plaga terrarum, densissima cœlo

Caligo interdum pelago, & nox incubat atra,

Non polus apparet supra, non subter & undæ:

Nec se etiam per lata vident ageatia nautes.

Tunc Rector, ne se incursent per mutua puppes,

Da signum procul ære cavo, sic tuius illæ

In cursus fugient venientum, & gurgite nantes

Vitabunt durös amnes. at si fragor ingens

Currenti late è glacie, occursuque ciatur

Hor.

<sup>1</sup> Stretto di Vagaff. <sup>2</sup> Nova Zembla, quasi nova via, sic à nauis appellata, qui per hanc in Sinar breviori cursu pervenire posse purtat. Puerius in Geographica Orbis notitis parte 1, lib. 1. c. 12.

Polli Cali-  
gines.

Et Maris  
Atlantici.

Quæ arte  
glacies, ac  
nebulæ evi-  
sanda.

Horrifico majora strepant tormenta boatu.  
 Sed quæ torrentes descendane, cortice pido  
 Aspicias, & nostra etiam te plura docebunt  
 Carmina, & exacti toties per cærula cursus:  
 Consule & in primis arcana oracula docti  
 Dudiæ, quæ multa aotat tibi pagina. Sed jam  
 Me salsa longè pulsata aspergine puppes,  
 Immensoque vocant venientia monstra fragore.

Ergo per Oceanum velis dum curris apertum,  
 Ignoti nova monstra maris, Cycladesque natantes  
 Evitanda tibi, lato quæ gurgite Proteus  
 Pastor agit, centum pelago vastissima Cete,  
 Et centum mediis errant in fluctibus Orcæ,  
 Ac Phocæ turpes, & turrigeræ Balenæ.  
 Quin & Atlanteis in fluctibus axe sub alto  
 Agmina densa ruunt passim, latèque vagantur.  
 Sæpe cavæ magnis impingunt piscibus alni:  
 Densatosque globos inter, turbasque natantum  
 Vix se se medias aperit via tutæ per undas.  
 Ergo tibi vasto fugienda hæc monstra profundo:  
 Nam sæpe, infandum, miseræ petiere carinæ  
 Demersæ mediis in fluctibus. Hæc vaga magno  
 Errante Oceano, rostroque armantur acuto.  
 Quæ si ferratis incurserit dentibus alno,  
 Exemplò, velut in scopulos allisa fragorem  
 Illa dabit, rostroque abies pulsata dehiscet.  
 Illa ingens caput, atque horrentia lumina tollunt  
 Suprà undas, puppimque suprà, latèque revolvunt  
 Corpora per navim, tortoque volumine caudæ  
 Rostra super, protamque assurgent, & mare subiect  
 Vi magna ingenti cum mole invertere gaulum  
 Adnituntur, aquas illa, & plena æquora vasto  
 Ore vomunt, fusoque replent torrente carinas.  
 Nonnulla horrifico per cærula vasta natans  
 Velificant, magnisque movente plangoribus alas.

Est etiam Oceano in magno malus ille Physter,  
 Monstru horrendum ingens, cui quæ sunt vertice nates, *Physteris*  
 Tot patuli ex illo colluntur in astre canales *descriptio*.  
 Ore cavo: immensum stridens quibus æquor in alcum  
 Se jacit, & latè circum diffundit imber:

Oceanus m.  
bra, & quæ  
fus navis  
bus formi-  
danda.

Cuncta in conspectu simul occulit: omnia miscet  
 Stridore . ingentes quot acuta euspede spinæ  
 Aptantur lateri, tot sunt hastilia ferro  
 Dura magis : nitidæ splendent quot tergore squamæ,  
 Scuta tot, horrendum quibus impenetrabile dorsum est.  
 Instar montis, aquas supra caput eminet: antrum  
 Os immane refert: subter, mirabile dictu,  
 Quot dentes, dextra totidem, lœvaque secures  
 Horrent. Dii talem nautis avertite pestem.  
*Iudicatrix,*  
*quæ adibi.* Hæc tu monstra maris cùm videris, ocyüs omnes  
*Bere nata* Inclamare tubas, magnumque ciere fragorem  
*contra ma-* Ærajube, lituosque, & caucum cornua cantum;  
*vis monstra* Nam sic confestim perterrita murmure monstra  
*debet.* Descendunt, subterque vagis conduntur in undis.  
 Quin etiam persæpe juvat (mihi retulit Ægon,  
 Ægon Oceani vidit qui monstra profundi)  
 Horrida terrificis tormenta explodere bombis,  
 Et capiti vibrare pilas: nam fulminis iæ  
 Merguntur concussa mari; nec cominus unquam  
 Spectantur: Divosque etiam, Palinure, vocato.  
 Sæpe salutiferæ longè discedere signo  
 Visa Crucis: jaæ lustralis protinus undæ  
 Interdum petiere cavas sub gurgite sedes.

At vicina cavia cum se admovere carinis,  
 Et bifido circum plicuere volumine caudam,  
 Est præsens medicina malo, si protinus ipse  
 Castoreum: è pelui diffundas desuper amnem;  
*Cose Cæto-* Aætum fera castoreo pelletur odore.

Præterea, id non te lateat, vastissima Cete,  
 Ut perhibent nidore picis capiuntur adustæ.  
*Monstra pi-* Hinc amor ille, rates toto se corpore circum  
*eo ablesan-* Extendi, trabibusque suas adverte re nares.  
*sar, & quo-* Quorundam inventum est, piceo fucata veneno.  
*modo id ca-* Plurima dispersum demittere dolia ponto,  
*vendum, ne* Quæ piceo perfecta petant medicamine Cete:  
*caues sub-* Alæ interæ sulcant vada Tethyos alni.  
*versant.*

Sed neque te aspectus Telluris fallat inanis;  
 Nam sæpe in medio quæ creditur insula ponto,  
 Est seco undoso tollentis ab æquore monstri

Do

---

z Aquæ scilicet cui castor diæ immersus fuit: Furnarius.

Dorsum immane, leves cui susternuntur arenæ.  
 Ac molle assurgit fabulum, & se subjicit alga.  
 Non semel undivagæ puppes appellere tipæ  
 Gavisæ nautæ, celeresque in litus inane  
 Delapsi, virgis subitum crepitantibus ignem  
 Ascendent, lærisque parant convivia mensis.  
 Ast ubi paulatim senserunt monstra catorem,  
 In mare descendunt: tunc credita se pede Tellus  
 Subtrahit exemplò: miserique in gurgite nautæ,  
 Infandum pereunt, monstris data præda nefandis.  
 Anchora sæpè etiam fabuloso credita dorso,  
 Et duris unco squamis infixa tenaci,  
 Cùm monstro, & fundo se proripit, & ratis unâ  
 (Arcete à Superi casum!) demergitur undis.  
 Nonnulli in Cete mittunt scopulosa rudentes  
 Enavi: hinc illos, cùm se vastissima monstra  
 Subducunt, dextra artipiunt, Fatumque morantur.  
 Nec minus interea funes generosa juventus,  
 Ex alta suspensa manet quibus anchora prota,  
 Haud mora præcidunt ferro, vel solvere certant.

Sed quid monstra maris refero, mediasque per undas  
 Errantes Cycladas: nat parvus in æquore piscis  
 (Romani Remoram appellant, Echeneida Graji).  
 Qui (si vera fides) turritam dente tenaci  
 Apprendit navim è propria, sistitque volantem:  
 Nec valido prosumt spirantes flamme Coris  
 Nequicquam & remis diverberat æquora pubes.  
 Turritæ veluti cautes: in fluctibus illa  
 Cùm vento, & velis, remisque immobilis hæret.  
 Vis tanta exiguis Natura est indita rebus.

At verò, ut casum effugias, quid tunc tibi agendum est,  
 Accipe. Subter aquas descendat nare peritus;  
 Atque omnem circum curset, visatque catinam,  
 Quò tandem monstrum inveniat, dextraq[ue] prehendunt  
 Amoveat, victorque mari consurgat ab alto.  
 Sic mihi se quondam dixit fecisse Cloanthus;  
 Qui mare, qui terras, qui barbara litora gaulis  
 Lustravit toties, quâ Sol utrumque recurrens  
 Aspicit Oceanum, & victor remeavit ab Indis.

Nunc age, quæ cœliratio sit habenda magistro;

*Eugenius Co.  
de insula ero  
dita, & ab  
his caver-  
dum quæ se  
derit.*

*Echeneis  
qua.*

*Ex quomodo  
ambuenda.*

Cuncta in conspectu simul occulit: omnia miscet  
 Stridore . ingentes quot acuta cuspide spinæ  
 Aptantur lateri, tot sunt hastilia ferro  
 Dura magis : nitidæ splendent quot tergore squamæ.  
 Scuta tot, horrendum quibus impenetrabile dorsum est.  
 Instar montis, aquas supra caput eminet: antrum  
 Os immanc refert: subter, mirabile dictu,  
 Quot dentes; dextra rotidem, lævaque secures  
 Horrent. Dii talem nautis avertite pestem.  
 Hæc tu monstra maris cùm videris, ocyùs omnes  
 Inclamare tubas, magnumque ciere fragorem  
 Ærajube, lituosque, & caucum cornua cantum;  
 Nam sic confestim perterrita murmure monstra  
 Descendunt, subterque vagis conduntur in undis.  
 Quin etiam pessæ juvat (mihi rettulit Ægon,  
 Ægon Oceani vidit qui monstra profundi)  
 Horrida terrificis tormenta explodere bombis,  
 Et capiti vibrare pilas : nam fulminis iactu  
 Merguntur concussa mari; nec cominus unquam  
 Spectantur: Divosque etiam, Palinure, vocato.  
 Sæpe salutiferæ longè discedere signo  
 Visa Crucis : jactu lustralis protinus undæ  
 Interdum petiere cavas sub gurgite sedes.

At vicina cavia cum se admovere catinis,  
 Et bifido circum plicuere volumine caudam,  
 Est præsens medicina malo, si protinus ipse  
 Castoreum : è pelui diffundas desuper amnem;  
 Aetutum fera castoreo pelletur odore.

Præterea, id non te lateat, vastissima Cete,  
 Ut perhibent nidore picis capiuntur adustæ.  
 Hinc amor ille, rates toto se corpore circum  
 Extendi, crabibusque suas advertere nares..  
 Quorundam inventum est, piceo fucata veneno  
 Plurima dispersum demittere dolia ponto,  
 Quæ piceo perfecta petant medicamine Cete:  
 Alatæ interea sulcant vada Tethyos alni.

Sed neque te aspectus Telluris fallat inanis;  
 Nam sæpe in medio quæ creditur insula ponto,  
 Est sese undoso tollentis ab æquore monstri

Do

---

<sup>1</sup> Aquæ scilicet cui castor dij immersus restit: Furcarius-

Dorsum immane, leves cuius sternuntur ateræ,  
Ac molle assurgit fabulum, & se subjicit alga.  
Non semel undivagæ puppes appellere ripæ  
Gavisi nautæ, celeresque in litus inane  
Delapsi, virgis subitum crepitantibus ignem  
Accidunt, læsisque parant convivia mensis.  
Ast ubi paulatim senserunt monstra calorem,  
In mare descendunt: tunc credita se pede Tellus  
Subtrahit exemplò: miserique in gurgite nautæ,  
Infandum pereunt, monstris data præda nefandis.  
Anchora sèpè etiam fabuloſo credita dorſo,  
Et duris unco squamis infixa tenaci,  
Cùm monstro, & fundo ſe proripit, & ratis una  
(Arcete à Superi casum!) demergitur undis.  
Nonnulli in Cete mittunt scopulosa rudentes  
Enavi: hinc illos, cùm ſe vastissima monſtra  
Subducunt, dextra artipiunt, Fatumque morantur.  
Nec minùs intetæ funes generosa juventus,  
Ex alta ſuſpensa manet quibus anchora prora,  
Haud mora præcidunt ferro, vel ſolvere certant.

Sed quid monſtra mariſ refero, mediaſque per undas  
Errantes Cycladas; nat parvus in æquore pifciſ  
(Romani Remoram appellant, Echeneida Graji)  
Qui (ſi vera fides) curritam dente tenaci  
Apprendit navim è propeſa, ſiſtisque volantem;  
Nec valido proſunt spirantes flamme Cori;  
Nequicquam & remis diverberat æquora pubes;  
Turritæ veluti cautes: in fluctibus illa  
Cùm vento, & velis, remisque immobilis hæret.  
Vis tanta exiguis Natura eſt indita rebus.

At verò, ut caſum effugias, quid tunc tibi agendū eſt,  
Accipe. Subter aquas deſcendat nare peritus;  
Atque omnem circum curſet, viſatque catinam;  
Quò tandem monſtrum inveniat, dextraq; prehensum  
Amoveat, viſtorque mari conſurgarab alto.  
Sic mihi ſe quondam dixit feciſſe Cloanthus;  
Qui mare, qui terras, qui barbara litora gaulis  
Luſtravit toties, quà Sol utrumque recurrens  
Aspicit Oceanum, & viſtor remeavit ab Indis.

Nunc age, quæ cœliratio ſit habenda magistro;

Ingenia Co  
de inſula ere  
dita, & ab  
hīs cauern  
dum queſt  
ertia.

Echenes  
qua;

Et quonodo  
amovendo.

U

Ut varias Mundi partes exploret, & oras  
 Oceano in magno, quæ terræ, & litora nulla.  
 Apparet: sed cœlum est undique, & undique pontus.  
 Expediam (cœpti quæ pars non parva laboris)  
 Hæc rectoris erit semper solertia major  
 Vestigate plagam cœli, terræque, marisque,  
 Quod ventus, cursusque, gubernatorque revexit.  
 Sive per ignotas pelagi quæ naviget undas;  
 Nam sic optatos poterit contingere portus,  
 Quaque rigent scopuli, & cœcz, deprendere, Syrres:  
 Atque hinc exactos etiam deducere cursus.  
 Quas igitur zonas, quas vento acceſſeris oras  
 Contemplate: tibi cursus vaga sydera dicent,  
 Et Sol clivosis dum culmina scandit Olympi.  
 Ergo ubi jam medio librabitur æthere curru,  
 Quot partes Sextante nota Sol altus Olympo est.  
 Hinc Finitorem quot se super efficerat Arctos,  
 Explorare opus est: id tu quo, navita, possis  
 Vestigare modo, paucis, adverte, docebo.

*Altitude  
Solis, &c.  
Aequatoris  
primum*

A cœli medio quot partibus aureus orbe  
 Sol distet, perquire: illas tibi pagina dices,  
 Obliquos quæ Solis habet duodenæ rotatus  
 Per loca Signiferi, numerumque deinde repertum.  
 Partibus inventis radio super adde, volantes  
 Si Sol in tepidum bigas deflexerit Austrum,  
 Cum brevis est lux, & nostrum depresso Orbem  
 Aspicit: ac Cancro propior si curribus ibit,  
 Longinquis cœlo cum protrahit altior horas,  
 Subtrahe ab inventis, numerus, qui proximus exit.  
 Ostender quantum è vitreis se circulus undis  
 Aequator tollat, medium qui dividit orbem  
 Signorum: quantum sed se super evehat Ursa,  
 Monstrabunt partes, quæ pro quadrante supersunt.  
 Hinc quæ zona poli, qui sit latus ille, catinæ  
 Quod, Palinure, tuz cursu venere sub Austrum:  
 Et quantum à Septem jam descendere Trione,  
 Cognoscet, pelago nam quot se patribus axis  
 Admovit propior, tantum per cœrulea puppis  
 In medium se prona diem devexit ab Arcto.  
 At si diversum cœlo, & majoribus astris

Trans

**T**rans **A**equatorem perlustras, navita mundum,  
**H**ec eadem peragenda tibi; sed tollitur alter  
**A**xe polus, rerumque exit contrarius ordo.

At levis hic labor est nobis, ubi fecerit horas  
**N**octurnas bis æqua pares Astræa diurnis;  
**I**pse tibi medio in cursu Sol aureus, altus  
**Q**uoq; supet **A**equator consurgat partibus amnes  
**O**ceani dicet: sed si tunc fetidus igne  
**V**ertice in extremo Titan libretur Olympi,  
**I**n cœli medium pervenit cœrula puppis.  
**A**lter & hinc tibi jam venienti panditur Orbis,  
**A**lter & assurgit Mundi polus, aurea circum  
**R**ara & inexhausto volvuntur sydera motu.

**Q**uezendum & quantum cursu tua pinus in Orcum  
**A** Fortunata fugiens Tellure recessit.

Verum hoc difficile est: fertut pernicibus alis  
**H**esperiam in partem cœlum, nec fixa sub astris  
**M**eta manet: cursus hinc & deducere multum est:  
**A**uri multa viro Batavi donare talenta  
**P**romiseré, modum in mediis qui sedulus undis  
**T**raduceret, ut certò possent cognoscere quantum  
**C**urva sub Eoū spumosa per æquora puppis  
**P**rovecta est, cœlique simul qui circulus alti  
**T**unc noctesque, diesque pates patitur in horas:  
**R**em multi aggressi magno mercedis amore:  
**V**erum alii laudum stimulis, post irrita vota,  
**N**ullus adhuc tanto pretio donatus abiuit:  
**E**t nullus tantam meruit pro munere laudem.

Attamen, angustis quoniam solertia rebus  
**S**umma hominum est, crescitq; usu experientia longo, *Exponit sibi  
 summa, mo-  
 das illorum  
 perquirendā*  
**A**cre quid ingenium, multusque invenerit usus,  
**E**doceam. E vitro tibi clepsydra magna pareatur,  
**B**is senas quæ dorassuens semel indicet hotas.  
**C**ùm primum das vela Noto, Palinure, vocasti,  
**H**anc tu pendentem media sub puppe locato.  
**V**erum ubi jam torus spiramine deplorè humor,  
**V**erte illam, conclusa fluat quod molliter unda  
**S**ubiectam in pattem: cœlumque notare memento,  
**Q**uoq; levis unda vices spiramine decidit argo,  
**T**emporis exactas nam sic cognoveris horas,

*In Aequino-  
 xijs lâ fa-  
 cilius.*

*Exponendo  
 difficile in  
 vestigatu,  
 & cur.*

Ex quō deserto solvisti ab litore funem.  
 Sed prius, è portu pelagi cùm tendis in altum,  
 Quare quot ascendens jam partes egerit orbis  
 Delius, atque vagi quæ fluxerit hora diei:  
 Atque illam in primis memori sub mente reconde.  
 Hinc cùm vestigas quæ te plaga lucida cœli  
 Ambiat Oceano in medio, qui circulus ille,  
 Et quantum Occasu è primo se vertat Eoo,  
 Principiò perquire, cavo pellucidus humor  
 E vitro quoties defluxit; & inde peractas  
 Deduces horas, ex quò de litora primū  
 Se dedit Oceano, ventis spirantibus, alnus.  
 Hinc & si solidos valeas subducere Soles,  
 Invenies horam, momento quæ ruit illo  
 Litore in adverso; & tabula signata memento.  
 His actis, Sextante nota, radiove quot altus  
 Sol partes fuerit: mox quæ sublapsa diei  
 Hora sit, hinc certis poteris deprendere signis.  
 Horarum & numerum è signato subtrahe primo.  
 Hinc tibi qui reliquæ tandem quæ sita locorum  
 Intervalla dabit, scie quibus alter in Ortu  
 Submovet horarum numerum si ritè resolvet.  
 In partes, quarum ter quinas continet hora,  
 Sic quantum medii tunc cœli circulus absit  
 Ex alio, aut primo poteris prædiscere i Circo.

Sed puros quoniam servari tempore longo  
 Difficile est amnes, partem subtilis atenæ  
 Includunt yitris alii, & vaga tempora signant.  
 At multi stannum accipiunt, plumbumq; liquatum,  
 Et vivuni admiscent argentum; atque igne subactam  
 Materiem in cinerem solvunt, ründuntq; minutum:  
 Secernuntque illam cribro: decussaque vitro  
 Pars subtilis, aqua pro molli clauditur: inde  
 Non interruptus currit spiramine pulvis.  
 Sunt qui cæruleam Tethyn pro Naiade dulci  
 Inimitiunt; conclusa cavo Thetis humida vitro  
 In multum sincera manet salsa tempus.  
 Ast aliis visum est, varia experimenta fecutis,

*Efecta Cle-  
psydra.  
construtio.*

Ut

<sup>1</sup> A primo ministrum Meridiano, qui per Insulam Palmarum, quo  
 foggasse est Prok: Gasperis, transit.

Ut vivum sensim argentum spiramine parvo  
 Deplueret; multo quoniam non deficit usu  
 Attritum, & longo nunquam corruptitur ævo.  
 Hoc sed principio cura majore notandum:  
 Mobilis ex alto depictæ elepsydra puppis  
 Pendeat, in partes ut cùm se verterit ambas  
 Navigium, aut vento, aut spumosis fluctibus actum,  
 Hæc sese medio libet: sic leniter humor  
 Non intermissus spiramine defluis æquo.

At si nocte locum perquiris, pulsa secundis  
 Quò tua pervenit ventis per cætula pinos,  
 Astra tibi dicent transq[ue] temporis horas,  
 Scilicet aut Cepheus, vel proxima Cassiopea,  
 Aut Cynofura, polo quæ se nocturna revolvens  
 Tarda diem integra peragit vertigine rota.

Hæc cùm nota tibi fuerint, spectare licet  
 Qui locus ille, tuæ quem jam tenuere carinæ:  
 Et quæ continues velis iter, ut tua portus.  
 Optatos tandem subeat trans Tethya puppis.  
 His etiam emensos facilè est comprehendere cursus,  
 Et quantum navis spatiū promota cucuttis,  
 Si tibi lustrati multa experientia cœli,  
 Emetiri etiam numerum, & subducere calles.  
 Nauta vias Solis, numerosque, & sydera disce.

Bst etiam modus alter, aquas sulcante carina,  
 Qao valeas pelago exactos cognoscere cursus.  
 Astere quadruplici capsam compinge quadratam,  
 Cui geminus cithædum ex ulmo versatilis axis  
 Insit, uterque suprà longo se corpore capsam  
 Efferat, instrutam pennis impone recurvis.  
 Mox uni, Palinure, rotam: super illa quadratam  
 Assurgat capsam, & capulo versatilis axis  
 Infistat, pennas albi tibi bractea ferri  
 Setta dabit; partemque omnes vertantur in unam,  
 Ut rota continua possit vertigine volvi.  
 Impulsa à vento, in pennas cùm spirat ab alto.  
 Ceu puer intentus ludo, cùm fixit acerno,  
 Subtilique crucem ligno, niveaque papyro  
 Inde cruci inseruit pennas, ventoque ruenet  
 Obiectat currens: vento propulsâ papyrus

modus quo  
motivis cur-  
sus exactos  
gabimus ex  
cosa mobile

Se cito versat agens, & mobilis orbe rotatur.  
 At tu, nauta, rotam capulo subnece quadrato,  
 Ut cum decurrit vento rota concita, & una  
 In gyrum se se axis agat, mox fila revolve  
 Alterius medio longissima, quæ tibi fila  
 Semper erunt gemino lini de stamine torta.  
 Altæ & accipiæ fili caput, orbe revolvi  
 Circa illum ut longo valeat, cum plurima versat  
 Aura rotam. Hinc summa capsam sub puppe locato,  
 Ut rota devolvi semper vento incita possit.

His actis, Palinure locum, portumve notato,  
 Illius èque tuo pariter distantia portu  
 Sit tibi nota: ratem mox tu cum litore solvis  
 Felicem in Zephyrum, incipiet rota flamine vertis  
 Inque alium sensim filum devolvier axem.  
 Hinc cum te notam ventus devexit in oram,  
 Quæ se multipli ci vertere volumine, fila  
 Extende, atque pares in tot mox divide partes,  
 Millenos quot nota tenet distantia passus,  
 Atque partes alias poteris super addere primis.  
 Ut longo valeat devolvi tempore filum:  
 Singulæ & accipiant positis discrimina nodis.  
 Sic certam semper mensuram, rector, habebis,  
 Qua cursum pelago exactum, ambagesque viarum  
 Quære non multum est. Auris de puppe secundis  
 Cum rota se circum versat, versaque rotundum  
 Una axem in gyrum, quo fili conspice partes  
 Interè currant, alioque plicenteur in axe;  
 Quippè ratis eisdem freta per spumantia passus  
 Mille, in vela Noto semper spirante, cucurrit.  
 At si jam rosus fuerit revolutus in axem  
 Alternum funis, vacuo, Palinure, volantem  
 Tunc impone rotam, cestos cognoscere cursus  
 Sic dabitur semper: nam cum vehementior Eurus  
 Incidit in velum, & cito dissecat æquora pinus,  
 Tunc etiam celeri fertur, rota percita motu.  
 Verum si leni canentia catbasis flatu  
 Intendant Zephyri, pariter rota molliter axem.  
 Circumagibz, & lentè filum se versat in orbem.  
 Utcunque his tandem spatiis digressus inquis,

Jam tibi quām varius sit per vada cœrula magai  
Oceanī cursus, non multo carmine dicam.

Quoniam  
per naviga-  
tione.

Primus, 1 cùm piqa sedamur pyxide Rhombum  
Austrinum, & medii sub cœli circulo eodem

Recta, que  
navis per  
rectum cir-  
culum volv-  
etur.

Currimus hic certus, nec (si vigil ipse magister  
Loca regat) transversa ratem feret. 2 alter, Eoum

Cùm sequimur, magno cœli sub tramite, Rhombum,  
Aut aliud quemvis medium percurrimus orbem:

Cereus & hic. verū supereft qui 3 tertius, ille est  
Obliquus, reliquoque petit per Nerea Rhombos:

Ut cùm puppe plagam Vulturni quærimus, aut cùm  
Leuconoti in sedem contendimus. Hic vagus error

Navis erit: non illa maris dum marmora sulcas,  
Describeret secundum spumanti in gurgite circum:

Sed vento fugiens spirali tramite curret.

Ergo inclinatum cùm quærimus æquore Rhombum,  
Haud equidem, Palinure, plagam veniemus ad illam,

Quam prima egressi statione perivimus: at si  
Deucaledonias 4 cursu contendimus oras.

Seu mundi adversum nobis properamus ad axem.  
Curva polis propior succeder puppis, ut illis

Obliquus,  
qua spirali  
della navis  
currat.

Acta per obliquos felici flamme cursus  
Perveniet nunquam, & circum versabitur Ursas,

Ast ab utroque polo dedimus si carbasa ventis.  
Inque æquatorem descendimus, ire sub illum,

Optatosque rati portus penetrare negatur.

Hic animadversis, docti salertia nautæ

Illa erit, obliquos ut cùm per cœrula Rhombos  
Percurrat, proram semper deflecat ad illum,

Qui propior situs, atque à primo longius ibit:  
Sic quem non curvo quærit temone, videbit

Litore in optato portum. Sed flectere parcer

Quot clavum solers dextra, lœvaque magister  
Debeat, in geminos seu navim dirigat axes,

Sive æquatorem gemino perquirat ab axe,  
Vestiger numeris Geometres. Me vada magni

Quid rām  
per obliquos  
Rhombos ne  
vigerat.

Ocea-

2 Prima navigatio recta in Austrum per eundem Meridianum, quā  
Orthodromicam vocant. 3 Secunda item recta in Orientem, vel Oce-  
sum per eundem parallelum. 3 Tertia obliqua, qua & Loxodromica  
appellatur. est autem cùm alias Rhombos petimus. 4 Septentrio-  
nes, ab extrema Britannia oras.

Oceani jam læta vocant : & plausibus horti  
Hesperidum acclamant, vitidique è vertice montis  
Vocibus assultat festis : Arsinatis altus :  
Incepitque perunt felici flamine cursus.

Ergo ut præteriit retrò celissimus Atlas,  
Ardenteem medii Zonam spectabis Olympi ,  
Æstifer Æthiopas torret quâ circulus alti  
Solstitii, Solemque sinu bibit alta <sup>1</sup> Syene :  
Cœli ubi tres spatum patet, & non amplius, ulnas.  
Mox celeri Hesperidum terras, nemora aurea , cursu  
Contendas petere, & portus intrare repotos,  
Quâ læva Libyæ respondet barbara Tellus;  
Lætus ubi, atque ingens septena per ostia fertur  
In mare Gis ; Libyænque nigra fœundat arena.  
Unde hinc & nomen fluvio inverttere coloni:  
Et Nigrum fluvium; & se appellavere Nigritas.  
Has circum terras rapido sub sydere Cancri  
Perpetuò placide solet aspirare Supernas,  
Vela vocans: celerem sed cursum tendere in Ottum  
Adverso torrente negat Thetis incita puppes.

Hic sed mira tibi terum spectacula dicam :  
Ex Inda Tellure redux cum pupibus aureos  
Hesperidum relegis lucos, circumque peterras  
Viginti à magno distantem paetibus orbe ,  
Florentes pelagi fluctus , atque herbida passim  
Cœrula prospicies, apioque intecta marino.  
Ceu cum vere novo se mollibus integit herbis,  
Luxuriatque tener viridi sub gramine campus:  
Non liquidum sulcare vadum : verum inter amoenos  
Horrorum textus credas errare carinas:  
Sic etiam Ammerices oras , & littoræ circum,  
Qua crebris angusta sonant freta consita faxis:  
Et <sup>2</sup> Chilen quâ flava Thetis circumfluit , & quâ  
Auroque, argentoque rigat ditissima regna .  
Quin & ubi Tellus è florenti Florida poneo  
Dicitur, herbosis passim recta æquora campis.

Verum, solstitii candet quâ circulus alti,  
Herbida spectantur latè florescere aperto  
Prata mari, & virides motare caeuminaplantæ. Quæ

<sup>1</sup> Capo Verde. Pro. Arsinarium. <sup>2</sup> Aïsa urbs Ægypti in confine  
Æthiopiz, olim Romani Imperii terminus. <sup>3</sup> America regnum. chile.

In Hesperi-  
vidas cur-  
sus.

Maria flo-  
restia delu-  
si prata, in  
flanis di-  
Ba Sargaf-  
sc.

Quæ spissos hederæ textus imitantur, & inter  
Intectas vatiis serpunt anfractibus undas.  
Hæc per lata maris plantis florentibus æva  
Non ipsi possunt turriti irrumperem gauli,  
Ni valido è puppi descendant murmure Cqr.  
Nullæ radices illis, frondesque palustri  
Persimiles rutæ nascuntur, & humida corna  
Juniperi baccam referunt, sed livet in ipsa  
Fronde color, veluti fœnum, quod trivit agrestis.  
Usque adeò fœcunda patens Natura marinis  
Arbusta in cämpis gignit, scenamque virentem,  
Seu quoniam multa pingue uligine fluctus,  
Plurimaque exhalant genitalia semina fundo,  
E quibus æquoreas radiis Sol eduçat herbas:  
Aut quia torpentes putrefescunt gurgitis undæ  
Titanis nimia sub luce: hinc inde tenella  
Limoso surgunt de semine protinus herbæ.  
Non secus ac stagnis nascuntur, & uda secundum  
Flumina, quæ rauco vix pulsant murmure ripas.  
Forsitan in medio plantavit Juppiter hortos  
Oceano, & viridi contexit germine campos,  
Ut fessos nauarum animos per tædia longa  
Prospectu herbarum vario, miroque levaret.  
Ergo ubi prospicies apio vada testa virenti;  
Ne timeas ostro depicta coloribus atva  
Scindere: florentes pandet se tura per agros  
Semia, & insuetæ fugient per rura carinæ.

*Cv in Ocea-  
no nascun-  
tur herbae.*

Hinc ubi digressus proprius descendis in Austrum,  
Horrendum fuge, nauta, sinum: fuge litus & Equatum;  
Aëre non sano, & nimbofis Juppiter auris  
Sævit, & Oceano truciibus fremit unda procellis.  
Dum cœlo, ut perhibent, descendit pestifer imber,  
Excitat, infandum, putres in corpore bullas:  
Attaetque vadi membris diffunditur humor  
Lethifer, & vénis bacchatur morbida tabes.  
Non secus, ac oleæ si quando fert vida membris  
Gutta cadit; subitæ malefano in corpore bullæ  
Exumpunt, dirusque dolor per membra recurrit.  
Ergo rati teatum cerata imponere tela.

*Naves, su-  
torrida, &  
na cerata  
tela cooper-  
runtur.  
Farnerius  
Hydrog. lib.  
g. cap. 28.*

Præcipio tibi, ne cælo dum peccifer imber  
Decidit, immisso serpar per membra veneno.  
Sic Solis radios etiam vitabis, & æstum,  
Plurimus in medio Mundi qui perfurit axe.

Præterea infames cæco sub gurgite Syrtes,  
Ingentesque latent: dextra tibi marmora pinus  
Proscindat: longos & circumfletere cursus  
Convenit Americanus versus: sed litus i Olinda  
Tu cave ne specula certas sublimis ab alta;  
Nam si te ventus semotam ad vexit in oram  
Ammericas, scelerataque litora Brasiliorum,  
Flectere iter velis opus est, portusque reliquias  
Quætere: nimbofisis nam tunc maria invia ventis.  
At si Fortunam audebis tentare sequendo,  
Et certum tibi naufragium, immanemque ruinam  
Prædico: infamis jactatus in æquore a Cœfrum  
Præceps consilium, infelix, damnabis, & ausa.

At postquam Oceanus torantem aspergine multa  
Parrhasiam secuit Finitor circulus Ursam,  
In medio jam puppis erit, terræque, polique,  
Rectus ubi surgens Äquator circulus orbem  
Signorum fecat, & sunimo rapit omnia cælo,  
Dividuum & paribus cœlum fecat intervallis,

*Quomodo cognoscitur navi in ad medium ter ra cœllique pervenire.*

Indicio Äquatoris erit placidissima ponti  
Temperies: nulli hic contristant cœrulea venti,  
Præterea durata Ceres, siccique juvenci,  
Najadis & dulcis pariter corruptitur humor.  
Hic tibi cum Jove non fano, pelagoque silenti  
Certandum, Palinure: calet sub cardine Titan,  
Et furit assensu radiorum fortior æstus.  
Sol ipse attenuans undam trahit igne vapores  
Non sanos, circumque leves latè inficit auras:

*Torrida Zæna insens- peries.*

Immotique gravem exhalat matis unda Mephitim.  
Corpora & ipse etiam cœli spirabilis æther  
Inficit insinuans se se: nocet artubus ægris,  
Qui mate, qui terras, Sol ferventissimus utrit,  
Atque aér gravis, immotique malacia ponti.  
Sævior Äthiopum per litora, perque calentis

In-

<sup>z</sup> Brasiliæ urbi ptopè promontorium D. Augustini: Ultimi Africae populi, qui literaria colunt meribus super reliquos longè inhumanis ac barbaris.

Infames Guinez terras: sed mitior æstus  
 Oceano in medio, mitissimus insuper alto  
 Cum cœlo rutilis splendent palearia setis  
 Stellati minio Tauri, Phœboque propinquo.  
 Aurati rutilant Oculi, & majoribus astris.  
 Nam tunc aspirant auris felicibus Euri,  
 Ac lati veniunt ruptis de nubibus imbræ,  
 Hoc igitur cœli sub sydere, naura, secato  
 Oceanii fluctus: facilis viæ gurgite vasto  
 Tunc tibi; nec medium rapidus Sol excoquit æquor.

Mitior in  
Oceano, &  
Aprilim br-  
se.

Postquam servatus puppi devexus in Austrum  
 Veneris, alteriusque Orbis conspexeris axem,  
 Conare in lœvos cursum deflectere fluctus,  
 Quæ sacra consurgit Triadi medio & insula ponto.  
 At cava semotis remeat dum pinus ab Indis  
 Sepostos & Helenæ colles, portusque subintret:  
 Quæ virides circum sylvæ venatibus aptæ  
 Assurgunt, vitreoque vagantur Najades amne.  
 Hic fractas cursu vites, animumque juventus  
 Instaurat, magno pressus ceu fasce viator  
 Æstivo sub Sole, cavo cum venerit antro,  
 Et gelidos circæ fontes prostratus in umbra  
 Quæ siccam captat summis fervoribus auram;  
 Solaturque alta recubans sub rupe laborem,  
 Jure sibi optatam poscunt membra ægra quietem,  
 Atque operæ pretium est animum revocare parumper  
 A curis, incæptum hinc possit ut acrior ille  
 Continuare opus, inque datam pertingere metam.

Sublevan-  
dus in se-  
quiete ani-  
mam.

Hinc geminos pelagi dimenso gurgite; Picos,  
 Cum cernes, fluctusque avibus resonare marinis,  
 Arduus Ægoceri venientem circulus alium  
 Accipiet: fessos recreabit & altera cœli  
 Temperies. Palinure, sinum obliquare memento,  
 Transversumque Notum (nanque est Notus arbiter oræ)  
 Accipe, & obliquos nimboſa per æquora cursus  
 Dirige, pinguis ubi, & nemorosa assurgit 4. Acuna,  
 Insula ab Ægoceri quæ distat partibus orbe  
 Bissenis lœva, Solisque cubilia præter,

P 2 Vi-

<sup>1</sup> Isola della Trinità. <sup>2</sup> Isola di S. Helena in medio Oceanii sita, quam raro redeuntes gauli vident. <sup>3</sup> Gemina Insulæ Los dos Picos Hispani vocant. <sup>4</sup> Isola di Trifion d'Acuna.

Viginti Autoram tendit. Sed maximus hic jara  
Insequitur labor, horrendis superare procellis  
Extremum Libyæ latus iavium, & æquora summo  
Fluctibus alterq[ue] sese tollentia cœlo.

*Agoceri fines ulterè se fundit ad Austrum  
Africa, & aduersum cuneata erumpit in altum  
Hesperius venit hinc: illinc descendit Eous*

*Promonto-  
rii Boreæ  
spoi descrip-  
tio.*      *Océanus: geminique adversa fronte ruentes  
Concursant, liquidoque exercent prælia campo.  
Præcipiti impulsi cursu, venientibus undis*

*In transversacitis, ventis & agentibus ipsis,  
Despumant rabie, & duplice torrente refuso,  
Ingeminant aquæ, & magno se vertice tollunt;  
Allisæque fremunt magnis clangoribus undæ.*

*Auditur longè strepitus: cava litora longè  
Responsant, fractos sonitus imitata tubarum.  
Non secus, ac geminæ cùm Martis in æquore sese  
Implicuere agies: premit hæc, premit illa: sub astra  
Et galeæ, & magno diffracta hastilia nisu  
Agglomerata volant, magnusque it clamor ad auras;  
Horrendoque cavæ responsante murmure valles.  
Quin & uterque ruens prætupto à vertice ponue  
Fluctibus adversis, & magna concitus ira,  
Ad latus extremum cumulos humentis arenæ  
Egerit ingentes, limumque, algasque fluentes,  
Et fluæus, fundique ejestamenta marini,  
Arabiæ deserta velut, Libyæ & loca circùm,  
Cùm gemini adverso spicatunc flamine venti:  
Hinc Notus abreptas magna vi voluit arenas,  
Inde levem Boreas nubem ciet horridus: ingens  
In medio cumulus sustollitur; atque ubi quondam  
Campus erat, magnus congestæ surgit arenæ  
Confestim mons, & miscroë premit altus euntæ.*

*Quod cum  
transmit-  
tunt Na-  
varchi se  
contra tem-  
peratæ iæ-  
frætere de-  
bent.*

*Ergo peregrato venies cùm denique ponto,  
Acronoton, tu magna alacrem ad certamina pubem  
Instrues luændum vento, & cum fluctibus aeris.  
Qualis ubi in mædiam ducus luctator arenam  
Ire parat, magnis luætæ se viribus aptat,  
Atque animos revocat priscos, solitumque vigoræ:  
Intendit nervos, & fortia brachia, & omne  
Denudat corpus: mox grandia crura, lacertosq;*

Et

Et latos humeros pingui perfundit olivo,  
 Ut tandem è dubio veniat certamine victor.  
 Spiramenta ratis, cunctasque occlude fenestras;  
 Atque imis tormenta locis, tabulataque subter  
 Aenea descendant, pariterque ignobile vulgus.  
 Nudati tabularia super stent corpora nauis;  
 Præsentique animo cuncti luçare parati  
 Oceano, & ventis, validasque expromere vires.  
 Quin etiam forti ad malos cum fune ligentur;  
 Ut cum prærupti veniunt à gurgite flutus,  
 Absorbentque ratem (nanque hic ingentibus undis,  
 Sub vada descendunt, cumuloque reguntur aquarum  
 Ipsi etiam magno præstantes corpore gauli)  
 Obluctentur aquis medio torrente, nec ingens  
 Transversum abreptos pelagi ferat unda ministros,  
 Austrinum latus, & longo maria alta petantur  
 Circuitu: lœvum Libyæ fuge litus, & undas.  
 Non tibi rarescant dubio sub lumine montes  
 Solorum Aethiopum, scelerataque litora terræ;  
 Nam ruet in brevia, & cumulos premet alnus areæ;  
 Prædaque reliquæ Cafris immanibus ibunt.  
 Indicio Telluris erunt per salsa volantes  
 Aligeræ volucres niveo cum pectori: quales  
 Mændri circùm voltant per flumina cygni,  
 Pyxidis ipsa etiam tornatæ ferrea cuspis  
 Signa dabit; nanque, ut perhibent, acus æta veneno  
 Recta polum, sydusque ferit, cum venit ad altum  
 Acronoton, Libyæque ratis legit ultima regna.

Mox ubi transmissus fuerit retrò arduus undis  
 Acronotos, Tellusque simul scelerata refugit,  
 Fleste viam velis, cursusque intende sub Ursas.  
 Inter & Eoum, sedesque Aquilonis iniqui,  
 Quò te pyxis agit, cœli quò sydera ducunt,  
 Carpe fugam, & pictum membrana consule mundum.

Nunc age, quæ tibi non cura leviore cavenda,  
 Expediam (non finis adhuc, requiesque labori est)  
 Proxima i Nathalis venit ora, Eoaque Cafrum  
 Litora, naufragiis, scelerataque litora Cafris.  
 Hic centum mersi perierunt gurgite gauli

*Et que illi  
lens sine fu-  
gna, nam lü-  
gè à premi-  
terio nau-  
gandam.*

*Nathalis  
ora procel-  
lis, naufa-  
gibusq; insa-  
mis.*

<sup>1</sup> La Costa di Natale. Naufragiis memoranda.

Naufragio infando, & totidem periere magistris,  
 Et clari virtute duces, quos fluctibus hausit  
 Oceanus, vel quos ad barbaralitora volvit;  
 Concessitque feris praedam, Cafrisque nefandis.  
 Nobilis ante alios, & avito à sanguine regum  
 Naufragio ejectus sceleratæ ad litora terræ,  
 Cum socia, & natis crudeli funere Sosa  
 Interiit, pariterque viri interiere trecenti:  
 Quassatum & totidem ventis immitibus æquor  
 Spumoso absorbuit sub gurgite. Per freta vasti  
 Dum miser Oceani nigris devesus ab Indis  
 Lybiadum peteret fines, sua regna, Penatum,  
 Hie prope terribilem ventis, & fluctibus oram  
 Lucidus extemplo densatis nubibus aët  
 Texitur, & toto nigrescit gurgite pontus.  
 Nec mora, ab Occasu ruit atra, sonantibus alis,  
 Tempestas, ventis comitata, & fulmine, & imbris.  
 Tolluntur ventis undæ, tonitruque tremiscunt  
 Sylvosi montes, & campi, & maximus æther.  
 Velorum fragor insequitur, clamorque virorum  
 Extampo, & pavido miscentur cuncta tumultus:  
 Terror ubique viris, & plurima mortis imago  
 Obiicitur; certamque intentant omnia mortem.  
 Ipse gubernator puppi proclamat ab alta:

Ponite corde metum, ò socii, quid pectora pulsat  
 Vestra pavore redeat solita in præcordia virtus.  
 O mihi sorte dati, vasti quibus æquor Atlantis  
 Ter jam velivolis sulcavi puppibus, & ter  
 Formidanda maris superavi cœrula Eoi.  
 Eja animos revocate: trucique occurrite nimbo  
 Unâ alacres cuncti, & melius confidite rebus.  
 O pasigraviora, (aderit modò Numen amicum)  
 Fortunam, & casus etiam superabimus istos.

Hæc ille. At sive diverso à litore venti  
 Ingeminant stridore: furens ruit Eurus Eoo,  
 Antennæque immugit, & horridus intonat alis  
 Africus imbriferis: fluctusque ad sydera jactant.  
 Protinus ingentes cœlo tolluntur aquarum,  
 Et super horrendo pendent curvamine montes:  
 Hinc & deducto subsidunt gurgite valles.

Non

Miserabile  
 Sosa cum  
 suis naufragiis.  
 Massæus  
 lib. 16.

Gubernator  
 vis oratio.

Non fortis nautarum animi, non ipsa magistri  
 In dubiis sepe explorata industria rebus,  
 Nec quicquam valeat: superant artemq; animumque  
 In diversa vago venti clangore ruentes;  
 Et fracti horrendo ventorum verbere fluctus.  
 Ecce ruens Boreas à finibus usque nivosis  
 Incidit obliquus; malumque à vertice summo  
 Deicit: & frustra pelago obluctante magistro,  
 Ipsa gubernaculum veniens rapit unda; revulsusque  
 Ab ripit Oceanus, longèque ad litora volvit.  
 Tunc spes incisa. præcepta puppis habena  
 Oceano jactata ruit, quæ turbine venti  
 Abripunt: rupto veluti temone quadriga  
 Fertur in abruptum præcepis, perque invia, quæ illam  
 Quadrupedes agitant, cursu properante, furores.  
 Ad latus alliū quatunt cava mœnia fluctus.  
 Concussaque trabes fluctu, tabulæque fatiscunt.  
 Armamenta rapit turbo, rapit omnia præcepis  
 Aethiopum de rupe cadens stridore procella.

*Horrenda  
tempestate  
descriptio.*

At Sosa interea casu turbatus acerbo  
 Uritur, & magno percussus corda dolore,  
 Infelicem animam vix ægro in corpore versat.  
 Non sua perterrent Heroa pericula; nec se,  
 Nec vita quicquam curat mortalis honorem:  
 Verum aliena timeret; scinditque potentius altum  
 Pectus amor natorum, & charæ conjugis ardor.  
 Ille & crudeli toties occumbere mortis  
 Se spectat, quoties miserans, sua pignora, natos  
 Exhorrete metu, & sua conjugis aspicit ora.  
 Ante oculos, ante ora patris cum conjugé natos  
 Fluctibus oppetere, & crudeli funere mergi  
 Tristius est morte, & tormento durius omni est.  
 Attamen ingentes condens sub corde dolores,  
 Dissimulat, pellitque metum, & spem fronte serenat.  
 Atque his ingreditur dictis: Non omnis amici,  
 Spes nobis præcepta: manet via certa salutis,  
 Si soliti vobis animi, & fiducia cordi  
 Restat adhuc. Tantum quenquam sperare licebit  
 Casibus adversis, quantum fidentior ibit.  
 Transversi quoniam ferimus per litora Castrum;

*Sosa erump-  
ta, & ma-  
gnanimitas*

*Ei efficax  
ad suos  
oratio.*

P 4. Nec.

Nec datur adversum vento ludare potestas,

Cedamus : geminæque cadant latus inter utrumque.

Anchoræ Oceanum in magnum : quæ dente tenaci

(Spero equidem) vasto fundabunt gurgite puppim.

Interea cuncti lembo scelerata petamus

Litora ; nam Cafras & vim pulsabimus armis.

Verum (præsenti avertant Dii numine casum)

Si vieti ferro non æquo in Marte cadamus :

Non moriemur aquis : terris periisse juvabit.

Dixerat : & dictis paret manus omnis : & ingens

Exemplò è puppi demittitur anchora in undas,

Altera & è prora jacit : ratis ilicet alto

Sistitur in pelago librata, Notoque resistit.

Efferus ut quondam sonipes, cui fræna magister

Vi multa injecit , fregitque tumentia colla,

Constitit eluctans, injectaque lora momordit.

Haud mora, condescendunt lembum , scinduntq; sonarem

Iembo ter- Remigio pontum, & diram vertuntur ad oram.

ram petit. Attamen, heu miseris ! tercentum fluctibus hausit

Oceanus : cuncti monstros data præda marinis.

Verum non reliquos melior Fortuna secuta est:

Aethiopum manibus crudelia funera passi

Infandum perire . Viis urgemut iniquis

Mortales: semperq; hominum lacrymabile fatum est.

Tu, Sosæ casus si te docuere sinistri,

Cautus in infido moderaberis æquore puppim :

Nec cœlo credas , aut fluctibus . Ergo ubi longè

Barbara Cafrorum curvantem litora pontum

Aspicies, celerem dextris da fluctibus alnum;

Canaque solliciti circumstent vela ministri.

At tu cuncta mari, & cœlo, Palinure, notato,

Et suspecta tibi lœva de rupe procella.

Semper erit, diro venientem turbine nimbum

Sic facile effugies . Melius prævisa feremus,

Quæ nostris veniunt adversa pericula votis.

Casibus his tandem servatus , & æquore inique

Pilapsus , Diis vota piis, tu navita, primum

Solve genu supplex . tibi mox, quid restat agendum,

Quærrere opus ; præsensque petit quæ tempus eundum est.

Ergo ubi velivolis superasti navibus altum

*Quando con-*  
*tinnandus*  
*in Indiam*  
*carus per*  
*Oceanum*  
*ultra Cernē*  
*insulam.*

Acro-

Ac<sup>o</sup>nōton, nitido lumen cū spargit Olympō  
Erigone, fluctusque subit cum Matre Cupido,  
Altum puppe seca, & Libyci fuge litoris oram.  
Illum depiqa sectare in pyxide Rhombum,  
Furum inter medius qui stat, Septemque Triones;  
Ut tandem adverras Colchorum ad litora puppim;  
Nanque hæc meta viæ: non tempestate repostas  
Illa concessum: Batigasæ appellere ad oras;  
Serius Acronoton nam cū transmisimus, auræ  
Adversæ spirant, rapiuntque fluenta sub Austrum.

At formidandi retrò si cesserit altus  
Acronoti vertex, cū Bacchi vector ab undis  
Surgit, & obscurum Titan & Præsepe subintrat,  
Litus ama, & Libyæ stringat tibi litora puppis,  
Æthiopas, Cerneisque inter, quæ semita dicit  
In 3 Praßum; at pelago syrtes vitare latentes,  
Atque æstus tibi cura, ruit violentibus undis  
In Libycum, & vario serpit Thetis incita cursu.  
Si Praßum, extremis cedit dum mensibus annus  
Veneris, & Cancro propior Sol aureus ibit,  
Sydera cū nimbis, cū sunt maria aspera ventis,  
Imbriferas durare hyemes, cursusque per undas  
Differre incepitos opus est, cū ventus in altum  
Vela vocat rediens, & jam vagus incipit annus  
Tempestate nova. verū si cœrula ponti  
E cœlo immissis non dum tremuere procellis,  
Instaurare licet cursus, atque aurea tandem  
Auroræ regna, & portus penetrare reposos.

Ergo sub Augustum vento da vela vocanti.  
Proxima 4 Barbaræ radat tibi litora puppis.  
Hinc altæ cautes, & saxa sonantia 5 Rhapti  
Longius ære seca, & diras fuge, navita, syrtes.  
Inde sinus lege 6 Barbaricos, & mœnia parvæ  
Melindæ, & curvam Lamilege puppibus urbem.  
Cū procul Oceano colles spectabis apricos,

Quando ve  
rò in Praſ  
sum enudā  
et hinc in  
Indiam.

Augusto  
mense in  
Gauanda  
e Praſo in  
Renu navia  
gatio per  
Africæ, &  
Perfidis  
oras.

Bat-

<sup>1</sup> Insula, & urbs Indiæ, Lusitanorum Colonia, <sup>2</sup> Gao. <sup>3</sup> Stella nebula-  
sa propè Asellos. <sup>3</sup> Promontorium, insula, & urbs Africa in ora ori-  
tali, Lusitanorum Colonia, Mozambique. <sup>4</sup> Regio Africa in Æthiopia  
sub Ægypto Regno di Quiloe alii Zanguebar. <sup>5</sup> Raptæ urbs, Qzileæ, Rhap-  
tum promontorium, Cope del Oede. <sup>6</sup> Mæta di Zanguebar.

Barbara ubi Tellus roseo prorumpit Eoo,  
 Partibus & denis Finitor circulus Ursam  
 Elatam spectat, proram, Palinure, sub Orcum  
 Dirige ad Eoos 1 Erythræa per æquora portus.  
 Quo facilis cursus cum jam sua tempora donat  
 Lancibus æquatis cœli mitissima Virgo;  
 Nanque ubi postremis decedit Solibus æstas,  
 Immensos cœlo demittit Juppiter imbræ, i  
 Et crebro alata turbant maria alta procellæ.

At si Rubra Thetis, Nabathæaque regna petenda,  
 Ad lœvam torquebis iter, quâ vertice summo  
 Ardua odoriferis tolluntur 2 Aromata sylvis.  
 Hinc &c, Erythræas fauces proiectus, iniquum  
 Adverso torrente fretum tentabis, acutis  
 Caurus & armatum scopulis mare puppe secabis.

At lustranda tibi si sunt felicia regna  
 Persidos, & rutilis passim freta turgida gemmis,  
 Lœvæ 3 Dioscoridis transmittitur insula, & inde  
 Sunt juga sylvi cursu lustranda 4 Syagri.  
 Hinc quâ se 5 Melani sustollit in æthera vertex,  
 Intrabis rutilis felicia cœrulea gemmis.  
 Mox lœva duris fugiat 6 Tylos aspera saxis:

Inde 7 Tharos, 8 sacrique sinus; retroque reliq'is  
 Scenitis 9, magni subeat ratis ostia Tigris.  
 Sed dextra ante adicu[m] falcato in litore tutos  
 Ipsa tibi pandet venienti 10 Armusia portus,  
 Insula dives opum variarum, dives & auri,  
 Opportuna situ facilis, & statione reducta.

At nos immensum Oceani tranavimus æquor:  
 Tempus & in tuto puppes considere portu.

<sup>1</sup> Non solum Arabicus sinus Eritræum, & Rubrum mare appellatus est, sed etiam tota illa Indici Oceani pars, quo inter Arabiam, & Indianam interiacet. <sup>2</sup> Capo del Guardafny. <sup>3</sup> Insula contra Aromata, ad fauces sinus Arabicæ, Zacosera. <sup>4</sup> Capo Sachalas, alii Farsach <sup>5</sup> Sinai pars, Gebel Tor Arabibos. <sup>6</sup> Insula sinus Persici, fortasse Babares. <sup>7</sup> Altera sinus Persici insula. <sup>8</sup> Pars sinus Persici circa Arabiam. <sup>9</sup> Populi Arabicæ à scenis, in quibus habitabant, dicti. <sup>10</sup> Insula in fauibus Persici sinus, qui nunc dicitur Golfo di Balſerà Emporio caloris, Ormuz.

FINIS LIBRI SEPTIMI.





E. De Louvemont fecit.



## NAUTICORUM

### LIBER VIII.

**P**rotinus Aurora cursum surgentis ad oras  
 Prosequar : Eoi jam se felicia pandunt  
 Litora, & umbroso 1 Bepyrria vertice Nympha  
 Agarides 2, rutilque vocant 3, Chryseides auro,  
 Omnes Aurora genitæ, & Titanides omnes.  
 Quin & Nereides, præsentia Numina nautis,  
 Janque præire cavis certant per marmora cursu  
 Puppibus, & placidis intendere carbasa Coris,  
 Ergo ubi stellati liquit palearia Tauri,  
 Et pulchros Ledæ pueros invisit Apollo,  
 Mitte ratem pelago, & tepidum descendere sub Austrum,  
 Nauta, vel Eois ditissima litora gemmis,  
 Taprobanes, & Ophyresque petas uberrima regnas  
 Aut Seres longè cupias penetrare reposos:  
 Sive Asiam, notique suprà confinia Mundi  
 Divisos toto perquiris laponas Orbe .  
 At si Gangaridæ lustrandi, & proxima 5 Gange,  
 Tende sub Aprilem velis iter, aurea cælo  
 Tunc se lux aperit, veniuntque è puppe secundi  
 Carbasa tendentes festivo murmure Cauri  
 Sæpe sub Aprilem poteris tentare sonantes  
 Agarici fluctus pelagi, si Gangis ad ora  
 Tendis, ubi ripa surgit viridante 6 Palura,  
 Aut 7 Tindum petis, & flavas 8 Adamantis Arenas.

Quo tempore  
 in extremis  
 Orientis po-  
 pulorum nau-  
 gandum.

Rum-

1 Mons Indiæ extra Gangem. 2 Ab Agarico finu, qui Gangeticus  
 pars est. 3 A finu Magno, qui & Chryse dicitur. 4 Aures Cherfo-  
 nesus, vel, ut aliis placet Sumatra. 5 urbs Indiæ ad Gangem sita Bengala.  
 6 Vrbs Indiæ intra Gangem. 7, 8 Indiæ fluvii: Adamas, fernæste  
 eris, qui nunc George ab indigenis appellatur.

Rumpe moras, Palinure; die si serius uno  
Solveris, adversa jam tempestate sonante,  
Non tua Gangaridum continget litora puppis.  
Flectere iter velis opus est, pelagoque relatio,  
Imbriferas durare hyemes & Meliaporis urbe.

Verum age, quæ, vento in velum spirante, pericla  
Declines (nec pauca tibi, & leviora supersunt)

*Iudica pe-  
ninsula de  
scriptio.*

Exequar. Aërio surgunt quæ vertice cœlo  
Apocopi & montes, & 3 Vindius inserit astris  
Nimbiferum caput, & vento quassatur, & imbris,  
Descendens longo ita<sup>ctu</sup> procurrit in æquor  
Eoum Tellus, quam litore cingit utroque  
Oceanus, sensimque caput tenuatur in unum,  
Calligiis extensa jugis (sic nomine prisci  
Dixere, ut perhibent, quæ nunc Comorina minores  
Appellant juga) magna mari jacet insula contrà  
Agatico, paevō Nereus quam dividit æstu.

Humanæ in speciem linguæ se terra sub Austrum  
Porrigit, 4 Adisathrus medium secat arduus illam.  
Antiquam velut Hesperiam pater Apenninus  
Dividit, Alpe vagus dum currit ab usque nivosa.  
Ad latus Hesperium, Zephyroque objecta salubri  
Insula parva jacet; Barygasam nomine Graii,  
Sed partio sermone Goam vocat Indus uterque.

*Gra & Lu-  
strenis cap-  
ta, & ille-  
rum elegiū*

Hanc longè Europa, per Atlantis cœrula vexti,  
Et magnis animorum ausis, & milite multo,  
Lysiadæ, 5 cepere duces, pulsisque tyrannis,  
Æternam hæc regni sedem posuere, quod ultra  
Cathygaren, atque Auroræ Titanidis ultra  
Extendere sinus, latèque per æquora magnæ  
Oceani vexere Patris sacra signa Latini:  
Insignes bello populos, regesque potentes  
Edomuere armis viætricibus, atque superbos  
Egerunt toties visto ex Oriente triumphos.  
At latere adverso, quæ primo aspergit Eoo  
Delius Adisathrum, stat campo imposta 6 Milispar,  
Quæ sacra servat adhuc, & Religionis avitæ

Rel-

<sup>1</sup> Meliapor, vel S. Tomæs. 2, 3 Caucafi pars, quæ longo iugo latè per Indianam excurrrit. 4 Gatt. 5 Lusitania, à Lylio Bacchi comite sic dicti.

<sup>6</sup> Eadem, ac Meliapor.

Relliquias, quas nulla unquam delere vetustas,  
Perdere & immanes nunquam potuere tyranni.  
Hic olim saxum (nanque est certissima fama)  
Ad mare constiterat, nimio quæ fessus ab æstu  
In sedis quondam Didymus sub sydere Cancri:  
Tunc vatem divino afflatum numine mentem,  
Hæc niveo scripsisse ferunt oraçula saxo:

Ut Thetis hoc saxum circumfluet, alba sub Ortum  
Gens veniet, quæ sacra Dei, titusque Latinos  
Instauget, cæloque errantes dirigat Indos:  
Aurea tum largis decurrent secula rivis.

Certa fides. Nerei etans turgida veetus Eoi  
Regna, cordatis ut puppibus appulit Indis  
**SABERIDES**, vitroas festivo murmure læta  
Jam Thetis ad saxum undas egerat. O mihi tanti  
Facta viriliteat celebrare, & carmine digno  
Egregiam palmam, & clari monumenta triumphi  
Pieria ad Virides umbras subtexere lauro.  
Spero equidem pelago servacam ad litora puppim  
Vertere, lætus ubi descendit in æquora molli  
Pausylipus clivo, & sub tegmine rupis opaco  
Stant vatis sedes, & cognita rura Camœnisi.  
Hic ego, dum tremuli vicino ab litore ponti  
Aspirant lenes Zephyri, & vaga murmuris aura  
Aoniam motat sylvam, sacro incitus œstro  
Alta trophæa viri, atque illustria facta sub Ortū  
Et viatos dicam populos, regesque subactos.

Quin etiam, si Parca mihi non invidet annos,  
Firmaque proveniet spatiis vivacibus ætas,  
Difficiles artes, & duri munera bellī  
Expediam, magnoque accendam prælia cantū.  
Sin, has ne valeam Musarum accedere sedes,  
Infirmæ obſtiterint malesano in corpore vires,  
Antra mihi, & vitrei placeant in litore fontes;  
Æquora amem, scopulosque inglorius. ò ubi Nefis,  
Pausylipusque, & Olympiacis lustrata puellis  
Mergilline! ò, qui gelidæ me rupis in antro  
Sistat, & optata Zephyrorum recreet aura?  
Felix qui potuit famam protendere factis,  
Æternumque virum viator volitare per ora:

D. Thome  
Urbicium.

D. Saverii  
adventu iū  
adimple-  
sum, cuius  
gesta se ca-  
nere optat,  
spondique  
poeta.

Et Bellica  
contextur.

Si tamen in  
firme vites  
obſtiteris ad  
Pausylipus  
etiam exi-

Et

Et poruitores Musarum haurire beatora.

**F**ortunatus & ille, maris qui Numinia novit,

*Amara, se  
Ucisque ad  
Panphilum  
vita de-  
stipeo.* **N**erea, Neptunumque senem, Divasque sorores;

**Q**uique per optata scopuli pendens in umbra

**D**ucere felicem tranquilla per otia vitam,

**I**n sanosque Urbis valuit vitare tumultus.

**I**lle, coloratis dum vecta Aurora quadrigis

**O**ceano redit ex alto, felicia lustrat

**R**ura per apricos colles, aut divitis horri

**D**elicias consuetus adit, fontesque revisit.

**H**ic per pulvinos, & per segmenta viarum,

**Q**uà latæ arecolæ multo se flore coronant,

**M**ulto & odoce fragrant, it creber, & aurea lustrat

**D**ona Deum: nunc buxus ubi variata figuris-

**A**ssurgit media, aut murum prætexit, & arcus,

**A**ffidet, & dulces volucrum bibit aure susurrus.

**H**inc ubi jam saturas implevit cantibus aures

**G**arrula turba avium, surgit festivus, & umbram

**P**inguis ubi gestit ramis felicibus arbos,

**A**rbuteras inter sylvas, & amœna vixeta

**P**erquirit, cursatque cito pomaria gressu.

**E**xploratque, suum si duxerit una colorem,

**S**i livent ficus, si multo persica Sole

**M**ala rubent, curventque graves pomaria ramos.

**E**t juvat interdum felici ex arbore poma

**C**arpere, mellitos hinc & libare sapores.

**C**ùm verò tenui rupere silentia flabro

**J**am Zephyri, & leni crispantur verbere fluctus,

**L**itus adit, scopulosque, & saxa virientia musco.

**H**ic celeres spectat cymbas cursare per undas,

**E**t pueros inter delphinas ludere cursu:

**N**ec non & pelagi Divas, tenerasque puellas

**C**oncelebrare choros per litora, perque beatam

**P**anphilip sedem, & passim indulgere choreis.

**A**udit & umbroso stratum Corydona sub antro

**L**itoreum gracili carmen deducere avena,

**E**t simul ingratæ meditari Phyllidis ignes.

**I**nterdum picto sulcat tranquilla phaselio

**C**erula, & Euplæam cursu, viridemque revisit

**N**esida, & longè Bajas, collesque Dicarchi,

Ec

Et te de navi aspectans, Misene, salutat.  
 At nunc quā placidē sonat aura, & plurimus halat  
 Muscus odoratis è cautibus, & vaga rorem  
 Ad scopulos veniens aspergit Doris amarum,  
 Cærulea infudit super alga, aut vertice iu udo;  
 Hic pescatores solventes retia in undas  
 Aspicit, & captas properate ad litora prædas;  
 Cernit & inclusos resiliere indagine pisces,  
 Ac nitido squamas argento, auroque nitere,  
 Atque ostro, minioque, coruscantique smaragdo.  
 Hanc olim veteres vitam coluisse putarim,  
 Qui validi centum spatiis felicibus annos  
 A morbis procul expertes, curisque trahebant.  
 At nunc (ò Iæxi colles, scopulique valete)  
 Quò me Fata vocant per Eoi cærula, cursus  
 Incæptos, quantum tenuis fert aura, sequamur.

Mons ubi Calligius vireas descendit in undas,  
 Ac bifidos fundit trætus i Comorinus aquarum,  
 Alternas Natæta vices sortitur, & uno  
 Admiranda loco rerum spectacula præbet,  
 Nec terris spectata aliis: nam tempore eodem  
 Hinc lævæ, virreos quā Sol petit aureus amnes  
 Oceani, rigidis contristat Dorida nimbis  
 Juppiter, & nigra perturbat sydera nube.  
 Arva rigent crebris Aquilonibus, alta pruinis  
 Piniferum incandens juga montium, & horrida passim  
 Omnia frigoribus densis concreta rigescunt.  
 At dextræ interea montis discrimine parvo,  
 Purpurei fulgent Soles, cœlumque serena  
 Luce inicit, Zephyrique maris læta æquora perlant.  
 Versicolor pratis ver purpurat: aurea rident  
 Cultæ, novæque nitent viridi de palmitæ gemmæ.  
 At cùm dexteræ hyems pelago, & nox incubat atra,  
 Tunc læva Zephyris ridet spirantibus æstas.  
 Qualis in Ammericæ sylvis felicibus arbos,  
 Quæ simul, ut fama est, & truncos, & mensibus iisdem,  
 Informem præfert hyemem, foliisque comantem  
 & statem, sentitque vices, mirabile dictu,

Mirabiles  
 Natura vi-  
 ces circè  
 Comori-  
 promon-  
 torium.

Ad:

Admiran-  
 da arboris,  
 que &c. est  
 tem, &c. hy-  
 mem refor-  
 descriptio.

<sup>3</sup> Vitiuum Indicæ peninsula int̄y Gangem promontorium Capo di Comorio.

Adversas, hinc latae comis frondentibus umbras  
 Subtexit viridem, teneroque è cortice gemmas  
 Fundit odoratas, suavemque exhalat odorem;  
 Parte alia ramos foliis nudata regentes  
 Horret, & amissio squallescit honore comarum.  
 Ergo ubi trans i Colchos mollem te venuis in Austra  
 Vexit, & horrendæ Comorini admovet ritus,  
 Ne te decipiatur blandi pellacia ponti,  
 Atque leves Zephyri venientes murmure latos  
 Instrue solerter magna ad certamina pubem  
 Solicitus: vix puppe latus transmiseris, ecce  
 Horrida tempestas cœlo ruet, & freta cœca  
 Subverti rapido spectabis turbine venti.  
 Arre truces supera nimbus, Palinure: latentes  
 Et syrtes etiam, & scopulos vitabis acutos.  
 Hinc si regalem Gangem petis, atque Paluram,  
 Fleste viam volis, tardamque ascende sub Arcton.  
 Hinc & Taprobanen liquens, 2 Corynque jacentem,  
 Gemmiferum juxta litus vada spuma fulca.

At si purpureis cassim baccata lapillis  
 Sit Chryseque, Ophyreque vagis lustranda caripis,  
 Tunc levè velis transmittitur insula, quæ se  
 Arboribus tollunt densis nemora avia centum,  
 Quæ calidum piper, & felicia cinnama fundunt,

Hic tibi prærupto venienti à vertice pontus  
 Ingens ante oculos aperitur, & insonat undis,  
 Angaricum dixerit sinum, cui nomina Ganges  
 Ipse etiam rutilo prolapsus flumine fecit.  
 Hic furit immanis violento turbine Typhon,  
 Barbarus Oceani regnator, & arbiter undæ  
 Eoz, centum puppes qui fluxibus hausit;  
 Et totidem per saxa tulit, totidemque sub auras  
 Abripuit, summoque iterum de vertice misit  
 In scopulos, in saxa, aut vortice mersit aquarum,  
 Et mersos nautas quoque funere mersit acerbo.

Vis Typhon violenta, procacibus horrida nimbi,  
 Et latè horriferis stridens animata procellis:  
 Improvisa ruit nigro de Vespere, nube

*Comorini  
hyems pre-  
cavenda.*

*Typhon qui*

*Et pars de-  
scriptio.*

Di-

1 Celebre Indiæ citeroris emporium, Cochin. 2 Insula inter Tapro-  
 banen, & Indicam peninsulam, Menæ, Margaritarum piscatu celebris.

Discissa, & longè fugiens assibilaat auris;  
 It catus orbe vago, cursatque per aera circum  
 Cum sonitu, cœlumque ingenti murmure misces,  
 Conclusum nubis gremio ceu fulmen apertum  
 Cum molitur iter, medium per nubila rauco  
 Excusat fremitu, & cœli loca conçava lustrat,  
 Si qua via in terras pateat: summaque repente  
 Scindit vi nubem objectam, lapsuque per auras  
 It præceps, circumque vago secat æra cursu,  
 Incandetque ardens flammis, & murmurat alto  
 Cum sonitu, latèque poli conexa resultant.

Principio lenes insternit in æquore fluctus  
 Cœruleus Typhon: mox imo turgida fundo  
 Alta ciet, frangitque, auris stridentibus, undas.  
 Non altæ in suramis tutantur montibus ornos  
 Radices: forti vellit de cespite truncos,  
 Ac penitus diro populatur turbine sylvas.  
 Non sc̄ litoribus defendunt mœnia turres:  
 Tecta, domosque trahit, vastaque à culmine turres,  
 Sevior Oceanî in medio fuit æthere Typhon,  
 Horrendum stridens, magnaque à gurgite puppes  
 Abripit, & longè in scopulos, in saxa repente  
 Dejectat, mille in partes cava frangitur alnus.  
 Nunc gaulos circum ingentes immurmurat, & fe  
 Per gyros flebit varijs, atque orbidos orbes  
 Implicat, & celesti secum rapit æra motu.  
 Ceu rota, nitrato quæ pulvere fulminis instar  
 Armatur, festisque solet flagrare diebus,  
 Utque ignem in sicca servatum teste minister  
 Admoveat; exemplò correpto è somite velox  
 Ignea circumsepta ruit vis; & cita fetur  
 Igne rota, & sparsas jaculatur vertice flammæ,  
 Ingeminatque vagos, intus vi pulsata, rotatus  
 Cum strepitu, & rapido circum rapit æragyro,  
 Dat mox vento viros: tollitque sub auras  
 Vis ingens puppes: medio stant pendula cœlo  
 Navigia (horrendum dictu, & mirabile visu)  
 Hinc, aura fugiente, cadunt, demersaque ponto  
 Infandam pereunt. Dii talem avertite casum  
 Pupibus, & roto rapidos Typhonas Eoo,

Oceano & toto pariter pulsate benigni.

Æquator cœli medium quæ desuper orbem

Subligat, & medio præterluit Amphitrite

Ammertices oras inter, Lybiæque præustæ

Non vada dissimili tempestas turbine miscet.

Dum ventis tranquilla silet Thetis, illicet ingens,

Atque inopina tonans magno clangore procella

Decidit, & dicto citius tumida æqua tollit :

Agglomeratque simul nubes, atq; ætra plangit,

Horrendo reboans strepitu, latèque remugit :

Ut moto credas dissolvi cardine mundum;

Et faceret, cita deficeret ni dira procella :

Nam tenuis vapor, eductus vi Solis in ignem

Vertitur exemplò, subitaque resolvitur aura.

Turbinis ut magnus cecidit fragor, alta repente

Cœrulea subsidunt, iterumque malacia ridet

Blanda mari; ut nunquam gremio tumuisse furenti,

Et numquam cœlum tenebras texisse putares.

Rectores Galli, qui jam felicibus ausis

( Id quondam è Gallo memini accepisse magistro,

Dum me multa super ventis, pelagoque doceret )

Latè oīnem magnis perlustrant classibus Orbem;

Ut proprius Mundi rectum venere sub axem,

Adversumque polum aspiciunt, demissa reponunt

Æra rotis, navi in meatus pubemque ferocem

Invigilare jubent velis: utque æthere i nubem

Exiguam spectant rarescere (turbinis illa

Et fœcunda parens simul, & prænuntia surgit)

Omnia confessim ex alto demittere vela

Præcipiunt: secùs invertet citus impete turbo

Navigium, subito ventens plangore per auras,

Nec dubium, quin dirus aquas ad sydera turbo

Attoller, circum Lunam si fulserit orbis

Subniger, aut sublustris, Halo cognomine dictus:

Aut curto Solem gyro præcinxerit Iris.

Est etiam ille malus per Eoi cœrulea turbo,

( Quem Etaii Prestera vocant) immanis, & atroc.

Ventus ab Eolia quo non violentior alter

Post Typhona venit, nimbisque, & fulmine septus.

Hor.

<sup>x</sup> Nubecula isthuc alba appellatur a Mantis Bonis oculus.

Tempes-  
tes horren-  
de, torrida  
Zona, &  
caritas de-  
scriptio.

Et has con-  
tra que se  
solertia Gal-  
li instruens

illarum  
figura.

Prestera qui,  
& eius de-  
scriptio.

Horrendum teboans disrupta è nube superne  
In tefras ruit impacatus, & igne coruscat.  
Aç velut horrifico erumpit globus ære sub auras,  
Pulvis ut exarbit, dura flaminante favilla.  
Fertur vi magna, atque ignito turbine fervens  
Aëraque, nubesque, atque altas verberat urbes  
Cum sonitu, tonitruque, & mœnia disicit iactu.  
Non secus accenso incandescens fulgurè Prester,  
Et violentus aquis descendit, & omnia flammis  
Involut, miserisque rates sub Tartara mittit  
Terrifico & longè replet mariæ alta tumultu.

Sunt gentes ex hoc, quos nostri cognomine Nauæ  
Aeris inimicæ appellavere Dracones:

Horrendique ferique, tavis qui desuper alnis  
Prosternit effundant si se ; ratis ilicet omnis  
Sciendetur, mediasque ibit dissipata per undas.  
Cum longè infames cursu adventare Dracones  
Aspicis, & trepidas persistit sibilus aures,  
Principio è rostris, aut quæ se turbidus infert  
Horrendo clamore Draço, te protinus æta,  
Ferraosque simul vœtes, arque ensibus enses  
Percutere adversum, & belli simulacra cieret;  
Sic procul è puppi transibit territus ille.  
Non secus, ac densis obductus nubibus Æther  
Cum tonat, & late reboans miçat igne trisulco,  
In terris trepidæ gentes campana flagellant  
Affiduè æta, sono totus quo percitus aer  
E nubis gremio prohibet se mittere fulmen.

Cum spectas torpente mari, cæloque sereno,  
Exiguam summo dispelliger æthere nubem,  
Immanem ex alto Ecnephiā properare videbis,  
(Hoc etiam Prestera vocant cognomine Graii)

Principio, tumidos pelagi ne findere fluctus  
Incipias, operitur ager dum fronde caduta,  
Autumno squalente, vel igneus ardor Olympo  
Sol rapidis invectus equis sub sydere Canceris;  
Lunaque fraternalis cum jam petet æmula bigas;  
Nam tunc Eoq crebrescit in æquore Typhon,  
Et reddit fluctus, & non tractabile cœlum.  
At si te medioq vitare pericula cuncta

*Qui sunt  
Dracones.*

*Et quomo-  
do fugandi*

*Praefteris fu-  
gna.*

*Quæ sit  
contra Ti-  
phones so-  
lertia.*

Non opis est nostræ ) comprendit gurgite Typhon;  
 Armatos longè scopulos , & saxa caveto,  
 Navigium nè fore feroci turbine Typhon  
 Abreptum ad cautes allidat, & æquore mergat.  
 Est cava præterea trans litora,gurgite vasto  
 Mitior ira : rates nec sèpius obruit undis.  
 Illa sed in primis animo tibi cura recurset  
 Sydera adire prece , & bona Numina poscere cœla.  
 Ergo ubi terribilem descepderè nubibus atris  
 Typhonem aspicies, geminas ad sydera palmas  
 Tende genu supplex, Divosque in vota vocatos  
 Incipe tu : sociique iterent tua verba precantes.

Principiò clamore Pater, Genitusque vocetur

*Publieffup  
plicationes  
pro Typho-  
nibus, ac  
tempestatis-  
bus omni-  
bus arcen-  
dis.*

Æqualis Patri, & qui pectora spirat utroque  
 Igne sacro, Deus ipse , & amoris amabile pignus.  
 Et te , Virgo, vocent, quæ afflatu Numinis audita,  
 Servatorem hominum peperisti, & gaudia mundo.  
 Hinc &, syderios orbes qui præpete gyro  
 Devolvunt, summique ferunt mandata Tonantis;  
 Quique Deum nostræ contecum carnis amictu  
 Jordanem ad fontem lustralibus abluit undis,  
 Et magni Patres , & qui cecinere futura  
 Fatidici multo repleti numine Vates.  
 Mox regni decus ætherii,columenque vocetur  
 Grandævus senior , supero . & qui raptus Olympo es.  
 Atque alii,divina Dei qui dicta per omnem  
 Missi Orbem in populos, in barbara regna tulere.  
 Atque illi qui ignominias,& tristia passi  
 Servitia , æternam meruerunt laude coronam,  
 Et cœlo regnare ; suo & qui sanguine fuso  
 Firmavere fidem dictis, animamque volentes  
 Pro re divina.pro Religione dedere.  
 Inde pio magni pariter clamore magistri,  
 Qui sacra nos docuere Dei , ritusque,vocentur ;  
 Quique altum tenuere nemus, quique auspice cœlo,  
 Virginios primi cœtus coluere Parentes.  
 Teque vocent summo dilecta,Ancilla, Tonanti,  
 Quæ vitam in melius referens, luxusque profani,  
 Et Veneris pertæsa, Deum,& meliora sequuta es.  
 Ac Divæ palma infigæs , castæque puellæ,

De:

Desponsata Deo felicia pectora: & illæ  
 Quæ tot magnanimæ tormenta, & barbara justa,  
 Et gentem immanem, & reges sprevere superbos,  
 Proque pudicitia, & pro cœli Numinis igne.  
 Ac demum Oceanus præsentia Numinia magni  
 SABERIDÆ, Palinure, voca: premit ille potenti  
 Dextra Typhones, animosque, & pectora mulceret,  
 Mille rates, pulsis Typhonibus, æquore vasto  
 Servavit, totidemque alias sub Tartara missas  
 Restituit, nigroque potens avexit ab Otco  
 Magnus SABERIDES, Deus ætheris, Oceanique  
 Regnator: centum delubra per aurea Divi  
 Dependent passim tabulæ, cælataque in auro  
 Dona virum, mediis quos mersos traxit ab undis,  
 Syrtibus & quos, & scopulis eduxit acutis.

Sunt tibi præterea fugiendæ in gurgite Eoo  
 Maniolæ 1, duri montes Magnete rigescunt  
 Latè ubi, qui pelago puppes vel tardat eentes,  
 Vel rapit arcana sensum virtute, propinquæ  
 Si vada dum fulcant, animatis rupibus ibant.  
 Quippè filex ferrum trahit æmula; fertur & ipse  
 Sponte sua chalybis furor insitus, atque rigentes  
 Amplexus petit, & nexus sociantur eodem;  
 Ac velut amissam longo post tempore matrem  
 Ut puer aspergit venientem, se oxyüs Euro  
 Vibrat in amplexus, illum quod ducit amoris  
 Insita vis: citus ut tenuit, stringitque foveatque  
 Nec charo e gremio patitur divellier ardor.  
 Non secus arcana rapet virtute carinæ,  
 Incassum contrâ remis, & agentibus Austris,  
 Sponte ruunt in saxa, illisque tenacius hærent.  
 Quippè calent etiam durissima viscera, & intùs  
 Præduras lapidis, chalybisque est flamma medullar.  
 Sic sèpè Oceanus proscindere segnius undas  
 Lysiadæ puppes mirati: & flantibus auris,  
 Nequicquam validis impletæ linea flabris.  
 Sæpè rates etiam ( multi cecinere magistri )  
 Abreptæ in scopulos, in saxa ruere repente,  
 Crebet ubi cœlo sustollitur Herculeus mons.

Maniolæ  
 sola, ubi  
 Adamati-  
 ni montes  
 longè trans-  
 missenda.

Q. 32. Hinc

<sup>1</sup> Isole di Pracei.

Hinc nativa legunt quilitora pupibus, alnos  
 Fagineis nectunt radiis, truncove cavato  
 Nota secant partii marjs æquora. nec secus Arcto  
 Sub gelida faciunt nauæ, qui pellibus undas  
 Nevers con-  
 nixa Fagi-  
 neis clavis.  
 Sæpe etiam sulcant; nam fundo plurimus imo  
 Occulitur Nerei Magnes, ferrumque, trabesque  
 Vi rapit: abreptæ subeunt freta cœrula puppes,  
 Et miseri pariter merguntur in æquore nauæ.  
 Quin etiam ( si vera fides, nec vana locuti)  
 Magna jacet medio rupes, surgitque sub ipso  
 Alta polo: circum nimbiique atque procellæ  
 Perpetuis ardenti flammis, & cœrula ventis.  
 Acta fremunt, totumque tegunt aspergine montem.  
 Mons ipse è rigido totus magnete nigrescit.

Postquam servata tandem cum puppe Malacam  
 Veneris, in placida pinus statione reconde.  
 Hic nota instaurat vires per litora pubes:  
 Quassatasque etiam præstat sarcire carinas,  
 Et commissuras, rimasque opplero parentes;  
 Perfusaque pice, & molli simul ungere cera.

*Aurea  
Chersones-  
ns.*  
 Chryforum à extrema sedet in Tellure reposta  
 Urbs, Indi patrio appellant sermone Malacam.  
 Hæc placidas nauis sedes, & commoda præbet.  
 Seu sint extreemo lustrandi in litore Seres,  
 Ultima vel Chryse rosea sub sede petenda  
 Sive tot Oceano passim perquirere regna  
 Sparsa vago: ignotumq; velint penetrare sub Orbem.  
 Contrâ clata mari, & medio sub vertice cœli  
 Maxima, Sindarum jacet æquore perlita Eoo  
 Insula, odoriferis sylvarum ditior umbris,  
 Et nigro-fœcunda ebeno, niveoque Elephanto.

Hinc interruptos roseum, Palinure, sub Ortum  
 Instaurare tibi liceat quo sydere cursus,  
 Qua tempore  
 State inter-  
 missa navis.  
 gatio in ul-  
 timum 6.  
 rionem in-  
 stanada. 1 Ferunt enim visam ab Oxoniensi quodam rupem sub polo levata  
 33. Magnetis, quam quatuor Euripti interfuebant, perpetuo undarum  
 tremitu. Kircherius Artis magneticæ lib. 2. p. 5. c. 5. 2 Chryfii, populi  
 sive Aurea Chersonesii, 3 sumatra; 4 Sivaram provincia Proli, for-  
 tasse erit, Ciambæ.

Syl.

1 Ferunt enim visam ab Oxoniensi quodam rupem sub polo levata  
 33. Magnetis, quam quatuor Euripti interfuebant, perpetuo undarum  
 tremitu. Kircherius Artis magneticæ lib. 2. p. 5. c. 5. 2 Chryfii, populi  
 sive Aurea Chersonesii, 3 sumatra; 4 Sivaram provincia Proli, for-  
 tasse erit, Ciambæ.

Sylvæ ebeno, & multa felices macere sylvæ.  
 Tethyos ex amne ardenti cùm Syrius astro  
 Surgit, & adersum cedens Jovis armiger ales  
 Occidit, & rostro tumidas premit arduas undas,  
 Carpe fugam: tibi nulla datis mora cursibus obstat,  
 Altera tempestas sulcandis flutibus apta est,  
 Cùm Sol Ægoceti iustrat jam proximus orbem,  
 Olenizque cadit sydus glaciale cape llæ.  
 Chrysæo ut primum solvisti à litore funem,  
 Oceano cùm Luna novo venit aurea cornu,  
 Austrinum pete puppe latus, cautusque i Palandæ  
 Naufragio infames scopulos, syrtesque dolosas  
 Vitabis: geminas inter freta concita terras  
 Horrendis passim scopolis, & syrtibus horrent.

Sed postquam retrò saxis vada dura Palandæ  
 Liquisti velis. remisque, & protinus Arctos  
 Incipit apparere, viam tu fleste, relictoque  
 Ichorio 2, dextrâ violet tibi Dorida pinus,  
 Mitis ubi Oceani, & superabilis unda recursat.  
 Nam quæ cæruleos diffundit ab ære nimbos  
 Africus improvisus, & æquora turbine vertit,  
 Ingens æstus aquæ, & veloci flumina cursu  
 Transversum recto rapiunt de tramite puppes.  
 Aurea ut Eoi legisti & litora longo  
 Circuitu, Seres tandem, gentemque togatam,  
 Atque oras Asiaz extremas servatus adibis.

At superata maris post æquora, quæ tibi in ipso  
 Sint nunc externo fugienda pericula portu,  
 Expediam, & paucis rem totam ab origine dicam.  
 Imperium Seres magnum, atque uberrima regna  
 Oceano Eoo, & magno circumdata muto  
 Soli habitant, vastisque colunt cum mœnibus urbes.  
 Jura, magistratusque tenent, & sacra Deorum  
 Antiquo cultu, alta & religione parentum,  
 Officiis gens tota vacat, cultuque decoro;  
 Acris & ingenio, inveniendis attribus acris.  
 Attamen externos nimium sprevere superbi,  
 Seu potius gentes armis timuere potentes  
 Externas, nimia pressa formidine regni

*Et quæ con-  
tinuanda  
fit.*

*Seres qui  
de illorum  
Imperii de-  
scriptio.*

Vincerent quis eos , neu quis submittere possit.  
 Nanque animæ imbelles , pœctis splendere sub armis,  
 Nec celeres arcu gaudent vibrare sagittas:  
 Non acri exercentur equo,nec Martia curant.  
 Barbaricas hinc gens indixit barbara leges :  
 Ausus inaccessis si Serum appellere terris  
 Advena quis fuerit,tanto pro crimine pœnas  
 Suppicio luet , atque infami morte piabit.  
 Crimen & intactas Serum est contingere terras.  
 ( Ausa nefas tantum servandi regna cupidus est )  
 Commerci tandem caussa,post secula sera,  
 Ausi Lysiadæ gentes penetrare repostas .  
 Sed tamen Oceano primùm confistere jussi  
 In medio: super alta habita & commercia navis.  
 Insulam & hinc pretio mercati,ut litore tuto  
 Imbriferas durare hyemes , & frigora possent.  
 (Tandem regna aurum irrupit,legesque refixit)  
 Hic furtim jactis fundarunt mœnibus urbem;  
 Atque etiam turres,& propugnacula muro  
 Imposuere: Jovisque imitantia ahenea fulmen  
 Aera tenent altæ turres,urbemque tuentur.  
 Ergo ubi Sinarum ventus te vexit ad oras,  
 Portus tutus adi socios,urbemque i Macai.  
 At si te portus, urbemque intrare negabit  
 E prora assurgens ventus,dabit insula portus  
 Plutima , quam circum mitis Natura locavit,  
 Nec tibi vicina Seres de sede timendi ;  
 Nam tara Oceanis percurrunt abiete campos:  
 Magna coronatis sed flumina navigat alnis  
 Gens illa, & toto jungit commercia regno.  
 Mille rates fluviis visuntur : & ordine longo  
 Ire aliæ adverso,atque aliæ descendere prono  
 Torrente,& magnas per flumina ducere merces,  
 Undique recti amnes sunt pupibus,undique remissæ  
 Ut vastas urbes vectari flumine credas.  
 Nanque domus ratibus fabricatae,& mœnia parvas  
 Et res imperio unius rectoris aguntur.  
 Oram solvendi hic cunctis sua tempora dicit,  
 Quæ fugam primæ capiant,quæ deinde sequantur:

Quæ

---

i Insula, & urbs cum celesti porto,Luctatorum imperium , & seq.

**Quæ dextram teneant ripam, quæ litora propter  
Læva secant fluvios : ubi Vesperi figere castra  
Conveniat, pluviosque imbris sufferre morando;  
Ac fluvio interdum, atque adverso cedere vento.  
Legibus hinc omnes certis per maxima currunt  
Flumina: nec primæ venientes ordine tardant;  
Nec segnes illæ primas velocius urgunt:  
Nec magnas inter naves, numeroque frequentes,  
Exiguo & spatio fluviorum cernunt unquam,  
Aut levis incursus venientum, aut inter euntur  
Fit fragor, & parvo gliscit discordia motu.  
(Quid non lex, hominumque potest prudentia major !)**

Præterea (miranda tibi spectacula dicam )  
Per latos regni campos, perque æquora circum  
Curribus alatis fugiunt, ventosque latessunt.  
Ingentes ratibus similes de robore currus  
Ædificant, geminasque rotas utrinque reponunt.  
Attolluntque altum medio de corpore malum:  
Antennam & malo sociant, ac linea pandunt  
Vela Notis ; lateoque inflantur carbasa ventos;  
Et eeu puppis aquas, sic findunt ætra currus,  
Ut ventum accepere sinus : atque æquora tranant.  
(Vis tantum valet ingenii, atque ars æmula tantum)  
Tales velivolos spectarunt æquora currus  
Campana, & summo miratus colle i Tifata,  
Cùm nuper Serum mores imitatus, & artes  
Alata fugi per rura virentia puppi.  
Et Batavi tales agitant per litora currus;  
Et ventum sàpè increpitant clamore morantem.

Sed tandem populos jam tempus adire reposos  
Oceani fines ulteræ, quæ terminus Orbis  
Eoi. Titanis ubi sub sede rubentis  
Purpureas Aurora domos, croteumque cubile  
Tithoni tenet, & radiis micat aurea primis:  
Oceano lita cœruleo jacet ultima Chryse,  
Insula dives opum, & tot regibus inclyta, & armis,  
Eoo semota mari, divulsaque Mundus  
Litore ab extremo tot seclis abdita quondam  
Terratum latuit domiños, gentemque togataim;

*currus Ven  
tivoli per  
campastris  
apud Seres,*

*Ei apud  
Batavos,  
quos Græci  
Bor in Cam  
pania exili-  
buis.*

*Iaponia, &  
eius descrip-  
tio, & gen-  
tium res.*

<sup>2</sup> Mons Campanæ propè Capuanam, ubi Annibal castra posuit.

N A U T I C O R U M  
 Nec Latios vidit fasces, timuitque secures.  
 Barbara gens habitu est, & diris barbara sacris:  
 Alta tamen mens olli, atque altum spirat honorem:  
 Fortunæ perferre vices, casusque sinistros  
 Impatiens, vitamque petit pro laude pacisci.  
 E cœlo traxisse genus, Divisque beatis  
 Jaætæ, & innumeræ series numerantur avorum,  
 Progenitos quos ante putat primordia Mundi,  
 Et tetur coluisse chaos: per secula mille  
 Menticurgenus antiquum, deliria centum  
 Barbaragens fingit, quæ nunquam fabula Grajum,  
 Nunquam indulgentes genio fixere poëtz.  
 Mortales adeò vanus tumor, altaque mentis  
 Ambitio iæsanos fecit, commercia quondam  
 Nulla mari nobis habuere: sed impia leges  
 Illas gens posuit: pereat quicunque per altum  
 Jaætatus ventis, & fluctibus appulit otis,  
 Quas miseria Natura dedit, statuitque benigna  
 Perfugium tabidi fugientibus æquora ponti.  
 O Genus invisum mortalibus, & fera cordæ  
 Nescia crudeli miserorum funere fleti!  
 Sic immanis, atrox, & moribus effera gens est,  
 Quæ nequit hospitiis, & fædere jungere dextræ.  
 Heu! fuge crudeles populos, fuge litus iniquum.  
 Te nudi accipiunt scopuli; periisse juvabit  
 Desertas inter cautes, quam funere acerbo  
 Exaturare avidas miserorum in sanguine gentes.  
 Nunc age, quo cœli sub sydere pupibus æquor  
 Sulcandum Eoi, & ferus inquirendus Iapon,  
 (Nam tali patrio se gens cognomine dicit)  
 Quo tempore. Ut ardentem stellis fulgentibus ensem  
 re in Iapo- Exerit Oceanus surgens armatus Orion,  
 niam nauis Mitte ratem pelago; Divisque in vota vocatis,  
 gandum. Carbas da Zephyris felicibus: æquora verrunt;  
 Eoi leues Zephyri, dum candida cœlo  
 Lux niter, & radiis lustrat Sol aureus orbem.  
 At pelago immersus cum noctem induxit, & umbram,  
 Auster agit flumus, strepitatque sonantibus auris.  
 Sæpe etiam Boreas felici carbas flatu  
 Noctes, atque dies intendit, proximus Ursus.

Cùm

Cum petis, & longè incipiunt crebrescere terræ.  
 Solvere saxe oram fas est, dum contrahit orbem  
 Fervidus exactum Cancer, decescere cum jam  
 Incipiunt luces, sensimque extendier umbræ,  
 Ocyus è noto verùm si litora funem  
 Ruperis, & flantes cursu præveneris auras,  
 Vitabis, Palinute, trucem Typhona procellis,  
 Et tandem Aurora venies servatus ad axem.

Hic ego ni fractus curis sub fine laborum,  
 Jam spumantis equi festinem solvere colla,  
 Forstian arctoas irem cum puppe sub oras  
 Primus, & ærat gelidi per inhospita Mundi  
 Sulcarem rostro glacialis matmorapontis;  
 Unde iter Eoum, cursusque brevissimus undis,  
 Necnon & Manes alios, atque abdita regna  
 Adversa sub sede poli, quod navita nullus  
 Igit adhuc, & nullæ unquam venete carinæ,  
 Lustrarem impavidus; non me concreta pruinis  
 Terrent vada, non glacies, noctesque profundæ,  
 Nunc quoniam me Fatæ vetant petere abdita Mundi  
 Litora, & algentes cœli penetrare sub axes,  
 Fessus ad Hesperium flectam mea carbasa litus;  
 An:mericæque novas quæram sub Vespere terras:  
 Puppibus illâ aliis post me lustranda relinquo.

At mihi vos clarum pelagi deçus ite per undas  
 Ite duces, Nymphæ Oceanitides: ite Camœnæ  
 Vos una comites; quoniam sine munere vestro  
 Incassum sulcamus aquas, nec vertice Pindi  
 Vocales Vati aspirant Zephyritides auræ.  
 Vos mihi quisnam hominum confidentissimus ille,  
 Sive aliquis fuerit satus alto à sanguine Divum,  
 (Nanq; ita censendū; mortalis enim haud homo tatum  
 Ausus opus tentare) canenti pandite, Musæ:  
 Pandite, quandoquidem, Divæ, spectastis & illum,  
 Et meministis adhuc, vasti qui cœtula Atlantis  
 Remigio audaci, & Fatis ducentibus ipsis,  
 Sulcavit primus, domuitque incognita Nerei  
 Aequora, & alterius petiit felicia Mundi  
 Regnæ, novos populos, vastissima fluminæ, & urbes:  
 Atque novo imposuit leges, & nomina Mundo.

Ingentes animi, generosum pe<sup>t</sup>us, & ingens  
Olli robur erat, mentisque interrita virtus:  
Acre erat ingenium: Superisque simillimus ille.  
Quo duce, terrarum non amplius ultima Thule.  
Non intactus Atlas etimidis manet amplius undis.  
Plus ultra Oceanum licet ire: tumentia quando  
Pervia sunemaria, atque alter jam pervius Orbis.

Vir fuit Autsonia in magna de sanguine Divum  
Progenitus, magnisque animis, & corpore pulchro.

*Naufragio.* Illum Italæ gentes appellavere Columbum

*bis inventus fabula.* Nomine, Diva patens cui formosissima Nymphæ

Uranie fuit, astrigeri quam sydera cœli

Divino attollunt plausu, dum currit Olympi

Stellati meram, atque orbis metitut, & ignes.

Hæc puerum teneris annis nemora avia circum

Nutrit: & fortum gremio Dea sape sub altoe

Ætheris immensi tractus, & concava cœli

Sustulit, & dulces animo inspiravit amores

Magnarum laudum, stimulosque incendit honoris,

Nam juvar à teneris annis ut gloria pe<sup>t</sup>us

*Columbus captefium verum situs die eruditus.* Spe dulci laetet, foveatque cupidine laudis;

Ut magnos animos, & spem capiamus adulti;

Et clara in decora, atque illustria facta gerenda

Instimulet nos laudis amor, plaususque cupido.

Ut major lustro crevit puer, aurea mater

Syderis illum studiis, & Palladis arte

Erudiit, cœlique vias, & sydera dixit.

Cur medio librata loco vastissima Tellus

Stet firma, & trepidum nunquam latus incita mutet;

Et vastis conclusa fluant maria alta cavernis

Flutibus alternis, cur latè mobilis aer

Per mare, per terras circum diffunditur omnes;

Scilicet ut dulces viræ mortalibus auras

Præbeat insinuans sese per corpora ubique,

Unde & tot variis versentur motibus orbis

Ætherii: sed certa vagis data meta virorum

Syderibus: spatiis & per sua tempora certis

Quodque ruat, loca & inter tot perplexa vagetur;

At cœli convexa super cur segnius astra

Fixa orbis incedant, una & sub lege ciantur.

Præterea tantum cur sese tingere ponto  
 Hyberni properent Soles, vel quæ mora tantum  
 Estivos tardet; cœli quia cardine summo  
 Scilicet obliquus Signorum volvitur orbis.  
 Et quid se in varios Virgo Latonia vultus  
 Induat, & rutilos alterner frontis honores:  
 Vel cur interdum media sub nocte rapet  
 Occulat amissis totum splendoribus orbem?  
 Nimirum quia luce sua non illa coruscat:  
 Sed nitet accepto fraterna ð luce nitore:  
 Ut reliqui radiant ignes: nam luminis unus  
 Sol pater, & Solis sunt omnia lumine plena.  
 Dixit &c, obductis fulgoribus, unde laboret  
 Sol ipse: ante oculos quia scilicet invida nostros  
 Sese Lunatulit; eeu cum velamen apertam  
 Scenam in conspectu subito occulit interjectum.

Insuper his, nigro quæ se sub Vespere condit  
 Sol ultra Oceanum, alterius felicia Mundi  
 Regna etiam abscondi, gentesque, & flumina, & urbes,  
 Edocuit: pronis quæ jam volventibus annis,  
 Ipse per immensum velis audacibus æquor.  
 Attinget primus, populosque in fœdera nostra,  
 In leges, in sacra Deum, moresque vocabit:  
 Nominaque imponet Mundo: seque æthere ab alto  
 Ignotis monstrare viam promisit in undis.

Ille in spem tantam primis nutritus ab annis,  
 Utque ætate nova pubescere coepit adultus,  
 Cum vigor accrescit membris, & vivida virtus  
 Irritat laudis stimulos, viresque ministrat  
 Ingentes animo, & mens altum affectat honorem,  
 Hoc opus, hoc imis versabat sensibus ingens.  
 Et laudis studium, & lustrandi gloria Mundi  
 Incessit pectus, stimulisque accensa cupidio  
 Urgebat damnam moras, per somnia lætus,  
 Aut videt, aut vidisse putat nova litora Terræ.  
 Nam quæ sèpè diu meditamus sensibus imis,  
 Ac penitus menti insidunt, cupimusque futura,  
 Illa eadem somni sub imagine sèpe videmus,  
 Ardua non illum magnarum exordia rerum,

Et de novi  
Orbis detec-  
tandi nosis  
Ile instru-  
ans.

ingebit il-  
lins ardor  
nouum Or-  
bem perqñ  
tendi.

Dul.

Dulcis amor patriæ, studiumque ignobilis otium.  
Sufficit ipsæ animis ingentes gloria vires.  
Ergo moras ultrâ differre, tuerentibus annis,  
Impatiens, jam carpit iter, quâ terminus olim  
Herculez noti Orbis erant, rerumque columnæ.

*Atlantia insula submersa; non de Gr. Formata in sole.*

Hic quondam Libyam juxta, quâ maximus Atlas  
Alto cœlum humero, & flammantia sydera torquet;  
Insula magna fuit medio fitagurite, prisca  
Dicitur est, ut perhibent, Atlantia nomina regiss;  
Quæ magno terræ motu concussa repente  
Corruit absorpta Oceano: sententia multis  
Hæc alia est: primo submersam scilicet illam  
Diluvio periisse: sed alta cacumina montium  
Emersere mati, Fortunatæque vocatur  
Insulæ Oceano in vasto, quæ lustrat Apollo  
Dum caput immarginat pelago defessus Ibero.  
Ultimus hic Phœbi labor est, & meta diei i  
Et Libyæ præter fines olim ultima rerum  
Metæ fuit: circum mare fluctuat Atlanteum,  
Primus & hæc cœli percibit circulus alti  
Quique diem, noctemque secans, duo tempora signat;  
Quo Sol in mediæ mictæ axe altissimus, & quo  
Sub pedibus Manes lustrat, Ditemque profundum.

At Fortunatas inter celeberrimam Tæsus,

*Junonis insula, Teneriffa, ubi in geno mons Picus appellatur.*

Quæ Superum sacra Reginæ, cognomina jactæ  
Junonis magnæ, centum cui templa sacrarunt  
Æthiopes passim per litora. Tollitur hic mons  
Æmulus Atlanti, cœlumque cacumine pulsat  
Extremo: sentitque vices, mirabile dictu,  
Adversas, centum dorso nemora avia densis  
Arboribus surgunt, latèque virentia centum  
Prata coloratis cum floribus undique spirant:  
Fluctibus & virteis medius fluit irriguus fons,  
Murmura blanda clens: sed candida colla pruinis  
Incandet, nivibusque riget senis horrida barba,  
Ardescit flamma vertex; nam proximus urget  
Ætheriam flammam, atque Elementi simplicis ignem.  
Huc ubi Tætessi præter yada fervida venit,  
Immensum molitur opus, crebræque recursant  
Curæ animo: monstrante Dea, quæ Tethya possit;

Tu-

Turus adire, novumque Orbem lustrare latenter:  
 Ex matrem expectat cœlo, incusatque morantem.  
**Aleas** Oceano puppes, jam certus eundi  
**Mixxit** ovans: dat vela Notis: sed vertere retro  
**Cogit** ur inde iter, & magnis absistere cœptis.  
**Nam** dubius nescit quo sydere naviget æquor,  
**Quas** yœc plaga cursu primū perat, & freta primū  
**Quæ** turbet, qua patre poli ruat incita classis:  
**An** Boream, an lœvā tepidum descendat in Austrum:  
**Quas** & inaccessas tandem se vertat in oras.  
 His animum pressus curis subit ardua montis  
**Culmina**; si matrem forsitan juga celsa colentem  
**Uraniam** inveniat miser, & promissa reposcat.  
 Verticibus fessus summis jam proximus ibat,  
**Cum** yides ingentem molli descendere clivo  
**Planitem**, & circum gemmanta floribus arva;  
**Amnis** ubi placidus, nitidisque argenteus undis  
**Pumice** mustoso manabat, & aurea propter  
**Culta** canorus aquis, & molliter ibat in herbas,  
 Hic sedet, & tristi diffundit ab ore querelas.  
**Quid** juvat, ò mater, præclaro à sanguine Divum  
**Ætherium** traxisse genus, si pulcher Apollo,  
 Ut mihi narrabas, pater est, & montibus altum  
**Agrestes** inter Divas, & Orcadas inter;  
 Ex me natum in laudem, & facta illustria natum;  
 Si te nunc nostræ ceperunt tædia laudis.  
**Non** servas promissa memor: non æthere summo  
 Pandis iter, trepidamque ratem per cœrula ducis,  
 I, perge, & totam nigris tege nubibus æthram:  
 Irrita ventos: fluctusque ad sydera tolle.  
**Quin** age, & ipsa manu nostris jace classibus ignem,  
 Sic pereant naves, & spes simil excidat omnis.  
 Non procul auratis quæ floribus arva rubebant,  
**Argutum** nemus, & crebris loca constat sylvis  
**Gratam** præbebant mediis fervoribus umbram,  
 Deliciæ Superum, & statio placidissima Divum.  
 Hic fortè Uranie cœtu stipata Dearum  
 Venerat ex alto nimio defessa labore:  
 Ac nemora inter sacra Jovis, sedesque beatas  
 Felicem Zephyrum, & frigus captabat opacum.

*Columbi  
solicitude  
curaque de  
nove Orbe  
derogenda*

*Ead Ma-  
trem Uran-  
ien quere-  
re.*

Quam

Quam circum Divæ centum, teneræque puellæ  
 Suavi ludebant cantu, placidisque choreis,  
 Purpureis formosa comis, & candida mammæ  
 Andromedæ, & roseis Helice succinctæ cothurnis,  
 Nectebant primæ choreas: Cynosura sororem,  
 Ponè sequebatur, dulci placidissima visu,  
 Cesariemque effusa levem per candida colla.  
 Ægleque, & soror Amphichrysis, Olympides amba,  
 Ambæ auro, & stellis redimitæ ardenteribus ambæ,  
 Parte alia celeres jungabant orbibus orbes  
 Erigoneque, & flava Pelorias (altera virgo,  
 Altera tum primum thalamo dota jugali)  
 Et Berenice, Ephyreque, atque aurea Cassiopeja;  
 Ac demum niveas Erato nudata papillas.  
 Illæ dum choreas ducebant, candida Clio,  
 Pulchros Belidæ cantabat Agenoris hostos,  
 Dulcia purpureis subreptaque pignora ab hortis,  
 Dum choreas inter ludit chorus omnis, & almi  
 Furta Jovis, toto & mutatas corpore formas,  
 Ac pavidam Europam Tauro. Super æquora nantem,  
 Quo blando Nymphæ mulcebant carmine mentem,  
 Divarum luctus tum flebilis impulit aures,  
 Ac simul audiri gemitus cœpere Columbi,  
 Exemplò Nymphæ choreis, cantuque relicto,  
 Obstupuere: sed ante alias Cynosura sorores,  
 Egreditur nemore, & nitidum caput exculit umbris.  
 Et procul: & soror Uranie, tua cura, Columbus  
 Tristis ad irriguas muscosi marginis undas.  
 Stat lacrymans altisque replet nemus omne querelis.  
 Te crebro vocat, & crudelem nomine dicit.

Hic iterum perculta parens formidine mentem:  
 Duc, ait, & Cynosura soror, duc alta Columbum.  
 In nemora, & sacros liceat penetrare recessus.  
 Tunc illum solata, jubet Cynosura sub umbras  
 Sacra nemoris succedere. proximus ille  
 Exequitur data jussa Deæ, graditurque per arva.  
 Utque nemus subiere, viro venit obvius omnis  
 Nympharum chorus: ante alias procedit ovantis  
 Uranie gnato, & sacra in penetralia ducit.

Postquam est in acmus argutum, saltusque beatus

Pet-

Columbus  
 in nemus  
 introduci-  
 tur, mensa  
 que erit.

Pervenit, & nati questus audivit inanes  
Uranie, manibus dant vitrea flumina Nymphae,  
Canaque detonsis tendunt manib[us] villis.

Mox dulces mensis epulas, & pocula ponunt,  
Pocula felici spumantia nectare Divum.

Accubuere Deæ mensis, sediturque Columbus  
Vramien inter genitricem, Opinque sororem.

Hinc epulis postquam expleti, mensaque remota,  
Uranie affari natus jubet: incipit ille:

Uranie mater, coeli pulcherrima Nympha,  
Unum ore (quando Superum mihi munere Divum  
Ingentes aperire datur mortalibus Orbis)  
Ire novum in Mundum trans longè Atlanta reportum  
Contingat: doceas iter: & maria invia pandas.

Matri  
Oræ.

Cui contrà rosoe mater sic ore locuta est:  
Nulla tui me unquam cepere oblivia, nate:  
Obstabant sed Fata: suis nec vellera fusis,  
Solicite quanquam, exploravit felicia Paræ.  
Et nobis nihil invitatis fas querere Divis.

Nunc promissa, sinunt dum Fata, & Juppiter æquus,  
Implebo. Superi jam se per concava coeli  
Supra undas, montesque supra, & vaga nubila ducam;  
Cernere quò terras omnes, maria omnia possis,  
Et novus, intacti præter freta cœrulea Atlantis

Mariis Vra  
mia ad Co  
lumbum fer  
me.

Orbis ubi nigro sese sub Vespere condit;  
Et carpenda tibi quæ sit via tutæ per undas,  
Expediam. Mora nulla: velut vada flava Caystri,  
Aut cùm Mzandri, vel Minci flumina linquunt  
Candentes cygni, celerique per ætra lapsu  
Sydera summa petunt: niveum volat agmen in auras;

Abit p  
tenui.

Attripuece fugam Divæ, & pernicibus alis  
Alta secant, cœlumque petunt: præit agmina prima  
Uranie, & gnatum secum Dea tollit in altum  
Purpureæ innixum nubi: volat ille per auras  
Lætus, & ærherios gaudet contingere honores.  
Jam super ærias sed es, camposque liquentes  
Divarum pennata cohors conscenderat: & jam  
Incipiunt sensim concentum audire beatum,  
Et tractim resonare. novo modulamine captus  
Constitit exemplò Divâ fatus, & babit aure

R

Con-

*Aberrans  
concentus.* Concentum, pascitque avidos dulcedine sensus

Insueta: longumque oculis mirantibus habet.

Mox charam alloquitur genitricem, & talia dicit:

Quisne hic concentus, genitrix, dulcisque susurrus,

Qui nunc exortitur, sensimque accrescit eundo?

An est haec Superum fedes, ubi sydera cantu

Mora sonant, placidisque ruunt concentibus orbes?

Sic gnatus: sic orsa refert contrà aurea matres;

Non longè hinc radiat stellati regia cœli,

Mota ubi concentu Superis vaga sydera plaudunt.

Mens sua syderibus, vastos quæ perciet orbess

Et paribus numeris, paribus rotat intervallis.

Intus agit molem: concepto machina motu

Labitur, & motis concursant orbibus orbes,

Fit sonus, & certis modulante pulsibus astra.

Percurrit numeros mens illa, & lege sequuntur

Disparibus, paribusque modis vocalibus orbes.

Subsultat, modulante polo, concentibus ætheris

Et vario cœlum replet modulamine cantus.

Janque propinquabat venientibus aurea Phœbe,

Et major gemino splendebat lucida cornu.

Inde jugis quondam cupressiferæ Cyllenes

Patre Jove, & Maja genitus, summusque Deorum

Nuncius, ardenti mortalibus igne videri

Difficilis: quem ponè Venus fulgentibus astris,

Orbis amor, placide patens gratissimatisus,

Insequitur, blandoque oblectat lumine Divos:

Proximus & Titan fulvo circundatus auro

Divarum ante oculos magnum dabat igneus orbem.

Grandior apparet Mavors, latèque coruscat,

Cui lateri gemma intertextum baltheus ensem

Sustinet, & capiti cristis micat aurea cassis.

Juppiter hinc sociis radians argenteus astris,

Puraque diffundens sua lumina: proximus ibat

Huic genitor, longo sed proximus intervallo.

Attonitus stetit Uranie fatus; aurea cœli

Sydera dum spectat rutilis ardentia flammis.

Miratur molem ingentem, celereisque rotatus

Astrorum, & magnis se volvere cursibus orbes,

Miraturque vagi suspendier ætheris ignes,

*Illius can-  
sa, & de-  
scriptio.*

Luminaque ardentes radius imitata pyropos,  
Hic stetit Uranius, & cœtus stetit omnis ovantum  
Nympharum, & niveis libras se pendulus alis,  
Ipsa fugam velutum cum cepit ab aere columba,  
Et super aeras sedes se sustulit alia,  
Figit iter liquidum, & simul aere tua quæto,  
Pennarum justo libratur pondere, nec sc,  
Nec circum nutang candentes commovet alas.

Ipsa sed interea Tellus minor ætere ab alto,  
Sub pedibusque Dei, roseaque è nube videtur:  
Et simul ante oculos sensim curvata patescit,  
Apparet demissus Atlas, demissa Pyrene:  
Multum piniferis nec se cum montibus Alpes  
Attollunt humiles quantum consurgere clivi  
Cernuntur, tantum se tollere cernitur Atlas,  
Et i Jura: asque Alpes, & montibus alta Pyrene,  
Contractus fortuit spatiis Gis festilis alyeo:  
Et Tagus aurifera longè rarescit arena:  
Contrahit Oceanus sua cornua, contrahit undas:  
Et placide fluunt contracto cœrulea limbo.  
Qualis ubi picto spectatur scena theatro,  
In breve collecti spatiū, montesque, lacusque,  
Ac fluvii, sylvaeque, arcesque videntur, & urbes,  
Magna sub Occasum Oceani trans æquora vasti  
Terrarum moles dubia sub luce patescit,  
Ceu, cum prima aperit ferrugine lutea cœlum  
Aurora, & Solem terris prænuncia pandit,  
Eminis apparet lustrati lumine montes.  
Cœrulei, & fusca cœli ferrugine tinti.

Has longè in terras sua lumina flectere natum,  
Protinus Uranius Dea iussit: & ore profari.  
Incipit: ille Deus pendet diceatis ab ore,  
Terra, procul vasto quam cernis Atlante reposam,  
Et longè à nostris via dividit invia terris;  
Est novus Orbis, aquis latè circumfluus udis.  
(Ammericen dicente) quem noscere Fata negarunt  
Antiquis: intactus adhuc manet abditus ulerà  
Oceanis finis, sed nunc post secula sera

R. 2. Jam

<sup>1</sup> Galliz mons Sequanos ab Helvetiis discludens Montes dicitur S. Cland,  
G. Iurav.

Jam visum est Superis aperire, & jungere tandem  
 Noto Orbi, gentesque alias in fædera nostra,  
 In leges, & sacra Deum, moresque vocari.  
 Teque opus in tantum felicia Fata reposcunt  
 Auctoremque, ducemque: inventi gloria Mundi  
 Est uni concessa, tibi: tu fædera junges:  
 Tu leges, & sacra dabis: tu nomina nostra  
 Gentibus impones. Sed jam tibi singula paucis  
 Expediam, nate: & quæ sunt venturæ, docebo.

*Americas  
descriptio.*

Terra potens regnis, & gentibus inclye mille,  
 In geminos Orbis se dividit: alter in Austrum,  
 Alter in Arctos latè se porrigit oras.  
 Quos geminos Orbis hinc inde interlitus Isthmus  
 Adnectit, maria alta secans discrimine parvo.  
 Sed circum tota Oceano vastissima Tellus.  
 Cingitur. Æquator medius quam dividit orbis,  
 E Izva secat Ægoceros, quæ stricior Austro  
 Irrumpit: contrâ præter freta, consita faxis  
 Insula i. respondet flagrantibus horrida flammis.  
 At dextra Cancer rutilantibus igneus astris.  
 Percurrat medium: longèque extensa sub Ursas  
 Clauditur Arctoo gyro, glacieque rigescit.  
 Dives opum, dives gemmarum, dives & auris  
 Et cultu patens, & fertilis ubere glebae.  
 Flava Ceres campis: nascuntur collibus uvæ;  
 Et nemora alta tegunt montes, vallesque per imas  
 Irrugis centum labuntur fluoribus amnes,  
 Ac loca lata rigant. Venientibus Insula magno  
 Quæ prima Oceano occurrit (cognomine à Haytim  
 Gens vocat) æras tua in statione carinas  
 Accipiet, concessa tibi quæ prima laboris  
 Meta est. purpureis, illam, cùm fulserit astris  
 Candida Taygete, & torque Athamanidos Helles  
 Jam caput extuleritstellato in vellere fulgens:  
 Quo tempore adueniuntur  
 a matre do-  
 cetur Co-  
 lumbus.

Aut longos cùm Libra dies æquaverit umbris:  
 ( Nam fortunatos faciunt duo tempora cursus )  
 Nata, petes; auris nam tunc felicibus Euri  
 Aspirant, præbetque viam quoque prævius Atlas.  
 Tende iter in Noton, & quæ circulus imminent alti

Sol-

3 Terra del Fuego ab ignivomis montibus dicta. 2 Hispanie.

Solsticij, quò cùm perveneris, agmen opacum  
 Dirige in Occasum, quà se currentibus undis  
 Pronus agit pelagus: nam sic, ducentibus ipsis  
 Fluctibus, Oceanum celeri cum puppe secabis.

Antè sed Oceanus placandus, & humida Doris,  
 Nata, tibi facilisque simul Dea divitis Orbis  
 Ammerice: per vasta dabunt tibi cœrula cursus  
 Felices illi; hæc felicia litora pandet.

Monstra maris magni vitulos in litore septem  
 Oceano maestabis, & æquoris insuper Orcam  
 Cæde ante aras; Oceanoque hæc munera mittes.  
 Dorida sed geminis quibus venerabere cœsis  
 Inde Deam: dicosque: Tibi, pulcherrima Doris,  
 Has geminas maestamus aves: tu gurgite puppes  
 Læta præi, & vitreas mecum, Dea, curre per undas,  
 At Divani, cui cura remoti cantigis Orbis,  
 Ammericen, fuso vitulæ venerare cruce,  
 Effundesque preces, Numenque vocabis amicum.

Hæc dedit Uranie: & subito pernicibus alis  
 In terras delapsa volat, natumque reducit:  
 Et circum comites Nymphæque, Deæque sequuntur.  
 Ut sacrum venere nemus, sedesque beatas;  
 Natum iterum Uranie affatur, Dea syderis alti.

Te, nunc qui casus varii, durique labores,  
 Nata, manent, salvis venias quam puppis antè  
 Litus in ignotum, & dulci potiaris arena;  
 (Quippe ferunt secum magnarum exordia terum  
 Difficiles casus, exudandoque labores)  
 Expediam. Indomiti per inhospita cœrula venti,  
 Et tempestates duræ, nimbique ferendi,  
 Et matis intoleranda quies, crudelior ipsa  
 Ventorum rabiæ; magnarum & longa viarum  
 Tædia, & ardentæ Cancri sub sydere Soles.  
 Sæpius ambulas cogit consumere quadras  
 Dura famæ: sæpe & vestras discordia puppes  
 Invadet, Stygiisque furet stipata maniplis:  
 Excavetque iras, socios & in arma vocabit.  
 His ne cede malis, nec retrò vertere cursum  
 Incæptum tentes, superisque oblixtæ Fatis.  
 Cunctæ feres animosè, & durando omnia vinces.

Dii primi  
libanini  
plegandi.

Et fabres  
exstante-  
di.

Finis erit: finem tandem properasse malorum  
 Indicio tibi erunt volucres: tibi mittet & illas  
 Conciliata ruis precibus, viculaque licata  
 Ammerice, festo volucres clamore saluta,  
 Et socii festo volucres clamore salutent:  
 Quippe novo nuptios ostendent litore portus.  
 Perge modo: & quia te triagnum via dicit in Orbem  
 I, sequere: & tandem felicitibus utere Fatis:  
 Dux adero ipsa tibi, & praesenti Numine ducam.

Hac ubi: confessim rosea cervice refulsi  
 Avertens vulnus: & coenam comitata sororum  
 Se dedit in nubem: natumque reliquit: Arille,  
 Matre Dea monstrante vias, init æquore cursum,  
 Atque novigentes, urbesque, & litora mundi  
 Latus adit, jungitque alii commetia terris.

Hoc nobis auctore novum: monstrata sub Orbem  
 Solis ad Occasum, intactique per æquor Atlantis  
 Est via, difficilis primum: & vallata perielis:  
 Quam tandem crebiti errores, ac tempora longa,  
 Et facilem solet houminum experientia fecit.

Sed quanquam vicina ratem jam litora poscane:  
 Ipse & amem merita puppim redimire cocolla,  
 Quam mihi & materna subrexit Olympia myrio:  
 Et formosa fini vénienti Nesis, & omnis  
 Cœtus Olympiadum plausu grateretur ovanti:  
 Et nassas, & texia rara, novumque, laborem,  
 Et nova seria pater viridi florentia musco.  
 Quamvis Heroam prætendant & mihi lautum  
 Pierides, tremituque sonans Europa secundo  
 Fortunata in bella vocet, quibus aurea laudum  
 Proh quanta afflutget Vati seges. Hinc furor, itaque,  
 Indomitique animi, & superata ferocia Thracum,  
 Et tandem AUSTRACO devicta <sup>4</sup> Sicambria MARTE,  
 Et Spes Regnorum ingentes: hinc celsa <sup>5</sup> Methone,  
 Et Pylus Ausonias cessit quæ capta triumphis,

De-

<sup>1</sup> Anno 1491. quo Kal. Aug. in novum Orbem solvit Columbus,  
<sup>2</sup> Natus enim poeta est ex matre Olympia. <sup>3</sup> Halieutica scilicet, quæ nūc parantur. <sup>4</sup> Rude Hungarici Regni caput, capta ab Austria cis Lotharingio, & Bavaria Ducibus anno 1686. <sup>5</sup> Non. Sept. <sup>5</sup> Mædone Peloponnesi, Morea qua aunc dicitur, Vrbs.

Deditaque Odrysium bis fractis 1 Nauplia signis;  
 Hinc & sarmaticis concessa bipennibus horrens  
 Taurica 2 Cimmeriumque nemus, Tanaisque subactus,  
 Jam venient majore tuba celebranda per omnes  
 Aetates, meritata in terris quod fama perennet  
 Magnanitum Heroum, primi qui fortibus ausis  
 Res 3 Othomanidum conati evettore fundo,  
 Infamisque 4 Arabi ritus abolere profanos.  
 (Quælaus, ò LEOPOLDE, tua est: est & tua, magne  
 CAROLE 5, Threijcio nomen fatale Tyranno,  
 At Latio semper felix, & amabile Regno:  
 Est tua &c. 6 EMMANUEL, primis qui magnus ab annis  
 Magna paras rerum molimina, te quoque possis  
 Victor ut æternis Divorum ascribere fastis;  
 Est tua Sarmaticæ 7 Rex invictissime gentis,  
 Cui jam pronus aquis se subiicit omnibus Ister;  
 Et vestra, ò VENETI Proceres, qui Numine dextra  
 Jam Byzantiniis infertis turribus arma,  
 Tarpejisque iterum fasces) ipsique nepotes  
 Egregiis discant majorum insistere ceperis.  
 Non tamen Atlante in magno, quæ cura magistro,  
 Cum petis externas fusco sub Vespere gentes,  
 Dicere præteream. Basit trans ostia gaulos;  
 Aut Gaditano mittes de litore in altum,  
 Non propria sub veste nitens dum Juppiter Ammon,  
 Aut geminæ surgunt æquato lumine Chelæ:  
 Et Tarcessiaci præter vada servida ponti,  
 In Fortunatas cursu contendit citato.  
 Hinc fugiens media propter confinia Zonæ,  
 In virides pleno laberis mense 8 Caribas.  
 Tunc & Lysiadæ aurato de flumine solvant,  
 Brasiliæ si regna petant, vel divitis oræ  
 Litora, quæ nitidis subtermicat amnis atenisi.  
 At novus occiduo si fors quærendus in Orbe  
 Sit tibi Iber, seno cum cœtu 9 Eudora fôrorum

Ex-

Ex Europa  
in Amer-  
icanæ navi-  
gatio quo-  
modo, &  
quo tempe-  
re inflati-  
da.

<sup>1</sup> [Napoli di Romania. <sup>2</sup> Barbaris Krim, & Crimea. <sup>3</sup> Tarez ab Otho-  
 mano primo Imperii date sic dicit. <sup>4</sup> Mahometes nefariz Secte te-  
 terimus Parens. <sup>5</sup> V. hoc nomine Lotharingia Dux, Austriae exer-  
 citus Summus Imperator. <sup>6</sup> Maximilianus Emmanuel Dux Bavariae.  
<sup>7</sup> IOANNES III. Rex Poloniæ & Insulae Americæ, qui p'rinus occurruſ.  
<sup>8</sup> Una ex Hydibus.

Exilit Oceano, & rotantibus emicat astris,  
Oram solve citus ; nam si tardabis, iniqui  
In proram veniente commixta grandine nimibi.

At vero Austrinos terra in 1 Chryseide portus  
Si quæras, da vela, madent cùm præla Falerno,  
Aut gravis ira Canis dùm fauicibus ardet hiulcis;  
Nam tunc Eoi stato flant tempore venti,  
Occiduam leni crispantes Tethya flabro.

Verum a Rupellæ è portu, portuque 3 Dieppes  
Rectores Galli solvant, 4 Aravana petenda  
Si fuerint nova regna, mari cùm protinus Io  
Assurgit dilecta Jovi, stellisque coruscat.  
At si semotæ lustrant Arctoæ 5 Canadæ  
Regna, coronatis committant puppis Eudos,  
Cùm nitidæ pronum se subtrahit Isidis astrum,  
Et face Tyndaridæ lustrantur Solis amici.

*Et ex Americe in Europam.*

Nun age, quæ reditu via sit, quo sydere cœli,  
Dicamus. Medio properat quæ classis ab 6 Isthmo,  
Et Mexicano veniunt qui litore gauli,  
Quique ingens aurum terra è Chryseide vident,  
Havanæ 7 in portum contendant : hinc ubi cælo  
Emicat Alcidæ invisus Junonius ignis,  
Dent placidæ classi Zephyros, & fine reliquo  
Ardentis Zonæ, dulcem mortalibus ægris  
Temperiem quærant, fulcantes æres 8 Bahamæ  
Cætula, & egelidas certens properare sub Ursas,  
Arctous Mundi capdem quò partibus altus  
Jam quadragenis consurgat ab equore vertex:  
Nam sic occidui surgentia flamina Cauri  
Intendent vela, & venti vitantes Eoi.  
Mox iter arripiant, quæ matutina reducit  
Assurgens primum nobis Aurora laborem;  
Nanque sub æquum certent, de gurgite signum  
Azoridas 9 tolli, & tuos raselesceste portus;  
Unde ite Europam tot quinque absolvitur orbe.

Act

1. Castiglione del ovo. Provincia metidionalis Americae. 2. Roccella  
3. Dieppe. 4. Arreverai in America, inter Parianam annam, & Amazonomam. 5. Provincia Americae Septentrionalis a fluvio dicta Cæsæda, quæ & noya Francia. 6. Panamæ. 7. Vrbo insule Cubæ. 8. Insula contra Floridam. 9. Insula Azores, è Tercere, vulgo dictæ.

At Galli redeant, cùm Pampineus Autumnus

Dat pingues nobis uvas, & mitia poma.

At dextro quicunque novi de litore Mundi  
Parthenias <sup>1</sup> quætris terras, sparsaque <sup>2</sup> Barussas  
Per <sup>3</sup> mare pacis amans, venientes Solis ab ortu

Accipies quoctunque libert sub sydere ventos :

Et prono curres pelago, quæ semper ab igni  
Cingulus incandet medius : Sed cùm micat astrum  
Ledzum, aut nimio fervescit Carcinus æstu,  
Eos tunc linque sinus, Zephyroque secundo  
Crede graves ebeno, & felici merce carinas.

Eque Noto fugiens, æstu vitabis, & Euros:

Hinc fines ultra Cancri proiectus adibis

Magdalios <sup>4</sup> portus, vel <sup>5</sup> Apollinis alta nivo*ū*

Culmina: velivolis quæ cùm transmisericis alnis,

Ditis <sup>6</sup> Acapulci venies servatus ad oras.

Puppibus hæc super, & Velis, Ventisque eanebam;

Et super Oceano, CÆSAR dum magnus ad Istrum

Eulminat Odrysios bello, vi torque Tyrannum

Aurore pulsat, populosque avertit iniquos:

Atque illum submissi Ayares, Hunnique rebelles,

Depositisque vagi venerantur lazyges armis.

Ilio Parthenium me tempore patria Siren

Pausiliyi ad colles, & Olympia dulcis alebat,

Uraniaz studiis florentem, & Palladis artes:


Alter qui patria lusi piscator in aqa;

Tityre, te vitreas cecini Crateris ad undas.

*Et tendens  
ex America  
in Philip-  
pius.*

<sup>2</sup> Insulæ Marianæ, Hispanis *de los ladrones*. <sup>3</sup> Endem , ac Phylip-  
pinæ. <sup>3</sup> Mare Pacificum, vulgo *del Sur*. <sup>4</sup> Porto della Madalena in In-  
sula California. <sup>5</sup> Capo di S. Apollinare, in eadem Insulæ, <sup>6</sup> Vrbs &  
& portus Americae in Mexicano regno.

FINIS.



# Ad Lectorem.

**H**abes, benenole lector, iterum excusam operam nostram, & antiquorem quidens illam, & minus impolicam, quod & facturum me tibi spoponderam. Multa, qua propter nimiam festinationem minus elegancia irrepserant, emendauimus: addidimus multa scitu dignissima, que mihi festinantis exciderant. Et hinc purgatam mibi persuadeo calumniam, quam eruditissimis quidam claculū instruxerunt, me scilicet nimis jactanter scripsisse opus intra sex menses absolutum, quod iam longo duodecim annorum curriculo elaboratum sepius ad limam revocaueram: idque eo conseco, ut majorem popularis aura plausum conciliarem mibi & populo nostro majorem existimationem. Et quamquam iste gratias agerem, quod tam magnifice de nostro opere sentiant, quippe qui non festinantis ingenii, ac negligentis, sed accurati, solertissimi elaboratum opus auctoriter: absit iam ea religio sum, quae non meritam hanc laudem aperire cum pudore, tacitaque uoluptate deuorem; cum pricipue hic multos habeam rei testes oculatos. Vale.

## INDEX

### Rerum Notabilium.

Actonoti, seu promontorii Benz	Arbores quando cedende.	5
spei descriptio. p. 226	Archimedea machine descriptio.	
Aëris regionum descriptio. 96	89.	
Andreae Avali elogium. 286	Astrorum concentus, causa, & de	
Antliae descriptio. 280	scriptio. 256	
Arborum varius usus apud gentes. 45.	Alariae quæ fuerit. 252	
Arbores quæ aptæ navibus fabricandis. 56	Audax militis factum, & quot in	
	Siculo fredo æstus. 171	
	Argo à quib' & unde fabricata. 67.	
	Acus	

<i>Acus quomodo Magne<i>te</i> imbuēda.</i>	205
<i>Accipitris columbam insectantis descriptio.</i>	137
<i>Argonautæ Orpheo capente navigationis curas levant.</i>	138
<i>Amterz ad Pausylipum vitæ descriptio</i>	235. et 236.
<i>Arboris mirabilis descriptio.</i>	237.
<i>Britannici navarchi casus ex ventorum incititia.</i>	129.
<i>Botellius Lembo ex India in Europam navigat.</i>	150
<i>Calabriæ litora describuntur.</i>	162
<i>Caroli Lotharingii elegiū</i>	193. & 261.
<i>Clavi vires, &amp; usus.</i>	124
<i>Comorini promontorii descriptio.</i>	237.
<i>Crateris (Golfo di Napoli) descriptio.</i>	155
<i>Currus Velivoli per cœpestria.</i>	247
<i>Colubus novi Orbis inventor.</i>	250.
<i>Eius solertia, &amp; studium</i>	250
<i>Labores in novo Orbe detegendo.</i>	259.
<i>Cochæ pulcherrimæ descriptio.</i>	10
<i>Cylindri Archimedæi descriptio.</i>	181.
<i>Circe, &amp; Sirenes devitanda.</i>	139
<i>Carybdis quæ.</i>	168
<i>Tur æflect.</i>	169.
<i>Cete iugentia in sulæ credita.</i>	215
<i>Cursus metiendi modus.</i>	219
<i>Divi Thoma vaticinum.</i>	235.
<i>Dracones qui.</i>	141
<i>Emmanuelis Bavari elegiū.</i>	193. & 261.
<i>Fiumina è mari manant.</i>	208
<i>Glacies, &amp; qua arte vitandæ.</i>	212
<i>Gallorum elegiū.</i>	240
<i>Herbz cur in Oceano nascatur.</i>	223
<i>Iaponiæ descriptio.</i>	247
<i>Indica peninsula descriptio.</i>	234
<i>Josephi Marescalci elegiū.</i>	133.
<i>Papetus primus navilūnventor.</i>	67
<i>Intemperies hoeridæ Zootæ.</i>	224
<i>Isabellæ Spinelle elegiū.</i>	163
<i>Insulæ natantes.</i>	195
<i>Junonis insyla.</i>	252
<i>Latitude inveniēdā modus.</i>	216
<i>Longitudinis item.</i>	217
<i>LEOPOLDI Cæsaris elegiū.</i>	21.
<i>a. 1. 193.</i>	
<i>Lucanæ litora describuntur.</i>	168
<i>Liguri navarchi ingeniosum inventum contrà Piratas.</i>	201
<i>Loci amoenissimi descriptio, ubi elegans vatis canula.</i>	160
<i>Loca naufragiis suspicta.</i>	193
<i>Lusitanorum elegiū.</i>	234
<i>Magnetis declinatio quomodo invenienda.</i>	144
<i>Melanthi elegiū.</i>	153
<i>Magnetis montes vitandi.</i>	243
<i>Mapparum descriptio.</i>	225
<i>Marini Carafæ elegiū.</i>	136
<i>Maris æstus descriptio, &amp; caussæ.</i>	201.
<i>Monstrorum Oceani descriptio.</i>	213
<i>Morganæ Rheginorum descriptio.</i>	163.
<i>Eius caussæ.</i>	176
<i>Maurolyci elegiū, &amp; ephemeredes ab ipso Austraciæ datæ.</i>	92
<i>Maria florentia.</i>	222
<i>Navalis Neapolitanæ descriptio.</i>	69.
<i>Naves variæ, &amp; varius gentium usus.</i>	70. et 71.
<i>Qya occasione inventæ, &amp; terrarum divisio.</i>	65
<i>Navis Viatoriz circuitus.</i>	61
<i>Navis Gallicæ prætoriz descriptio.</i>	133.
<i>Naupacten pugna descriptio.</i>	92
<i>Novi Orbis detecti historia fabula adumbrata:</i>	250
<i>Eiusdem descriptio.</i>	258
<i>Navis Venetæ insignis ornatus.</i>	78
<i>Navis cum geminis pappi.</i>	76
<i>Naves monoxylo.</i>	80
<i>Navis ingens Hieronisi.</i>	87
<i>Navigatio Arabum duce columba.</i>	100.
<i>Misi fabula, &amp; maris ethores descripti.</i>	240. & seq.
<i>Quomodo corrigiendi.</i>	245.
<i>Naufragiū ignis miserabile.</i>	158
<i>Et</i>	

Et Sicali hominis, quies India redibat	297	Renati Rapini elegium.	219
Et Siculæ classis.	199	Scytharum vitium in navibus fa- bricandis.	60
Nepetiz fabula.	164	Serum, seu Sinici imperii descrip- tio.	245
Navigatio in Orientem quo tem- pore instituenda.	208	Siculi freti descriptio.	167
Qui continuanda.	332	Siculi motus narratio,	117
Ex Praeso in Indiam.	331	Silæ montis, & sylvæ descrip- tio.	54.
Ex Goa in ultimum Orientem.	333.	Eiusdem alia.	58
Ex Malaca in Sinas.	344	Sicambria capta.	360
In Iaponiam.	248	Sosæ naufragium.	328
In Americam ex Europa.	260	Sylva ad Clanum descrip- tio.	63
Ex America in Philippinas.	262	Solertia nautarum in tempesta- bus.	377. & 183
Obliqua per accessus, recessusque navigatio ( <i>Volteggare.</i> )	230.	Syrtes præcipuz.	195
Otia cantu frangenda.	138	Tempestatis descrip- tio, & ratis pe- nè naufragium.	183
Oceani descrip- tio.	207	Truncos vectadi facilis modus.	63
Navigatus primum Vesai ducis auspicio.	207	Typhonis descrip- tio.	238
Eius motus ab Ortu in Occa- sum, & causæ.	209	Torrida Zonæ horrendæ tempe- stes, & earum descrip- tio.	240
Item & obliquus, & quæ cau- sis.	210	Vates quæ canæda promittat.	235
Alter à Septentrione in Austru, & eius causæ.	211	Vatis penè naufragium ex intem- pestiva navigatione.	128
Physeteris descrip- tio.	213	Ventorum causæ, & productio- nes.	97.
Publicæ supplicationes.	242	Eorundem nomina.	98
Ptekeris descrip- tio.	240	Præfagia.	111. & seq.
Portuum catalogus.	187. & seq.	Et usus in navigatione.	127
Pyxidis inventæ historia fabula	2-	Naturæ.	206. & seq.
dumbrata.	100	Venetiarum elegium.	77
Eius descrip- tio, & formandi mo- dus.	102.	Velorum inventio.	83
Plantæ Luno imperio subiectæ.	57	Variarum gennæ, & usus.	84
Poloni Regis Elogium.	193. & 261.	Villa Reginæ ad Cenym descrip- tio.	133
Poculi pulcherrimi descrip- tio ex Theocrito mutuata.	26	Vatis per Meridionalem Italie oram navigatio.	154
Parasemum, seu navis oculus.	86	Viennæ liberæ episodium.	193
Palinuri fabella.	160	Vatis votum pro Indica expedi- tione.	206
Planetarum descrip- tio.	296		

### Æræca.

Pag. 35. vers. 50. *Lege aquore.* Pag. 72. vers. 32. *Lege generosa.* Pag. 94.  
vers. 1. *lege tumore.* Pag. 135. vers. 39. *lege nunc.* Pag. 139. vers. 15.  
*clangere.* Pag. 190. vers. 2. *lege sine mors.* Pag. 297. vers. 13. *lege fregere.*



Et Siculi h







Digitized by srujanika@gmail.com

